



# Epistolarum d. Hieronymi Stridonensis decas prima

<https://hdl.handle.net/1874/422582>

*Dee* 3  
EPISTOLARVM  
**D. HIERONYMI**  
STRIDONENSIS  
DECAS PRIMA

Cum à mendis plurimis repurgata, tum pereruditis  
scholijs illustrata: studio & opera doctissimi viri  
D. HENRICI GRAVII.

In quo quid præterea præstatum sit, partim  
dedicatoria epistola, partim præfa-  
tiuncula ad Lectorem fu-  
sius indicat.

QVIBVS OMNIBVS  
Capitaverum duplicit elenco comprehensa,  
subiecimus.



ANTVERPIÆ,  
Ex officina Gulielmi Silvij, typographi  
Regij. M. D. LXVIII.

HELIANTHE  
AD LECTOREM.

RIMAM hanc D. Hieronymi  
ex castigatione Domini Henr-  
ici à Grauia Epistolarum decade  
prælo, ut excuderetur, commis-  
suri, opportune ad modū sumus exéplari  
Mariano Victorio Reatino diligenter ca-  
stigatum, nuper Romæ impressum natu.  
Ex eo quæ huic castigationi accesserunt,  
margini præfixa stellula (ut studiosus Lec-  
tor, quid cui acceptum ferat, possit co-  
gnoscere) adiecimus. Quibus vero crux  
prænotata, eo diuersa lectio, studio & di-  
ligentia D. Henrici à Grauia obseruata.  
Liberum cuique suum, Lectori, quamvis  
in locis velit sequi lectionem, relinquatur  
arbitrium.

ORNAT

# ORNATISSIMO

ATQVE ERVDITISSIMO

VIRO, D. HENRICO RVSSCIO,  
ORDINIS MILITIAE HIEROSOLYMITANA,  
& Mandatori in Iugen, Christianæ religio-

nis fautori præcipuo, F. Iohannes  
Antonianus. s. d.

**S**V M M V S ille Atheniensium ora-  
tor. Ornatis. Domine, ac facile Prin-  
ceps omniū Demosthenes, interro-  
gatus, quid homo simile Deo habe-  
ret: Respondit: τὸ ἐνεργετέν καὶ ἀληθένειν. Et re-  
tine quidē. Οὐδὲν γάρ οὐτος, ὃς τὸ ἐν ποιεῖν ἀν-  
θρώπος εχειθεῖ καὶ ὅμεν μείζων, δεξιλατήσας ἐνεργε-  
τη, ἐκάλεσε δῆμον κατὰ τὴν ἑωτίαν δύναμιν. Hoc  
ipsum omnes licet nouerint urbes: ex barbaris  
regionibus uno (quod aiunt) ore conclamant  
gentes: in hoc tam discors turba consentiat: at-  
tamen ὅποικεν πόλις τῶν ἀνθρώπων μετάτας εὐερ-  
γετας καθάπτει ἀνδραπόδων οὐτος ὑπεροπνήτας  
τὴν ἐνεργετήν σάρδαν, καὶ τὰς ὁφρὺς ανατονήτων κα-  
τάτων, ita ut nulla fere gens, ne dicam ciuitas,  
in terris unquam fuerit, quam ingratitudinis  
nefandum vitium non fæde commaculariu. Unū  
explurimis, que paſſim occurruunt, detestan-  
dis exemplis, subijciam. Athene omnium ciui-  
tatum poterant videri clarissimæ, nisi tanta,  
tamq; fæda ingratitudinis in viros excellenti-

A 2 simos

## EPISTOLA

simos extarent vestigia. Quae enim poterat  
maior esse ingratitudo: quam Miltiadē gen-  
neris antiquitate, gloria maiorū, sua modestia,  
vnum omnium maxime clarissimū, Apollinis  
Delphici oraculo, aduersus Chersonnesum Im-  
peratorem designatum, tam indignis excipere  
modis? Nam postquam Chersonnesum breui  
temporis spacio deuicisset, Cycladas insulas nō  
minoris fælicitate Atheniensium Imperio subit  
cisset, trecenta Persarū milia Marathonē pre-  
strasset, proditionis falso accusatus, quod cum  
Parū expugnare potuisset, à Rege muneribus  
corruptus, infectis rebus à pugna discessisset: ca-  
pit̄is damnatus est. Per fratrem autem Diago-  
ram, qui tunc temporis causam eius agebat, na-  
ipse ob vulnera, qua in oppugnanda Paro ac-  
ceperat verba pro se facere non poterat) capit̄is  
absolutus: quinquaginta talentis nibilominus  
multatus est. Que cum soluere non posset, in  
vinculis mori coactus, nec corpus prius sepul-  
ture traditum, quam Cimon filius eius, & ipse  
postea Dux strenuus futurus, iisdem vincu-  
lis se constringendum traderet. Liberet hic si  
epistolaris augustia pateretur, Socratē, Thesēa  
Solonem, Aristidem, Lycurgum, Furium Ca-  
millum, Scipiones, atq; eiusdem classis viros  
quam plurimos referre, qui ut ad vnum omnes  
ingratam patriam experti, ita vetus Adagii  
verissimum senserunt: quod, Penes quos inge-  
do dñina

D E D I C A T O R I A.

doctrina est, apud eos de ingentia etiam vitiis  
eque ac virtutes inueniantur. Quāto fælicior  
Persarū Resp. Siquidē non solum adulteratō  
viri apud eos, ἀλλὰ ratiōnālēs δινάζονται  
cūκ μάτια ἀχριστασίᾳ ὃν ἀν γνῶστι διωμένον μὲν  
χάριν ἀποδιδόνται, μηδ ἀποδιδόνται δέ, καὶ διζουσιν  
πτονιούχυσθε. οἰνται τὸ τέλος ἀχριστους, ἡ τῷ δεῖν  
ἀν μάτια ἀπελάσις εὐτελής, ἡ περι γονέας, ἡ τῷ περι  
δα, ἡ φίλος, tantus gratitudinis amor. Et meo  
quidē iudicio, ut animo grato nihil honestius,  
nihil præstatiūs: ita ingrato nihil turpis, nihil  
detestabilius: Siquidē dixeris maledicta cun-  
cta, cum ingratum hominem dixeris. Ut ergo  
hoc vitium longè à me (si quod aliud) alienis-  
simum demonstrarem, Digniss. D. literarium  
hoc munuscum, Hieronymiarū (inquam) Epi-  
stolarum Decadē primam, pro tuis in me be-  
neficiis, haud vulgaribus, collatis, tibi consecra-  
re, et dedicare volui, idq; ob authoris dignitatē  
summam, doctrinam sublimem, eloquentiam  
vix imitabilem, sanctimoniam singularem. Et  
sane, quantum ad Hieronymi commendationē  
attinet, tātē semper fuit apud doctissimos quo-  
que existimationis, & authoritatis, ut à nemī-  
ne hactenus pro dignitate, dignis sit encomijs  
celebratus. Nullum doctrinæ genus est, nulla  
disciplina, in qua ipse absolute non sit versatus,  
& ita versatus, ut in unaquaque sola sudasse  
videatur. Q uis Grammaticorū laboriosos ca-

E P I S T O L A

nones, Dialecticorum argutias, Physicorum ap-  
cana, Rhetorum flosculos, Poëtarum fabulas,  
Historiographorum narrationes, Geographorum  
dimensuraciones, ita excusit, peruestigavit?  
Quis unquam, quicquid eruditiois ob-  
egregijs authoribus repertum, ac traditum fuit  
tam absolute perceptum, cognitumq; habuit?  
His iam accedit quod omnem Hebraicis sermo-  
nis (Attici enim longe peritissimus fuit) dif-  
ficultate improbo labore superarit: & peregrina  
lingua, non solum exactam cognitionem, sed et  
vernaculum stridorem assecutus sit. Quin &  
linguam Chaldaicam Hebreæ finitimam di-  
cit, nullam aliam ob causam, quam ut Esdras,  
Tobiam, Job, Danielem, Chaldaico quidē ser-  
mone, quantumvis characteribus Hebraicis  
descriptos, in latinū verteret eloquium. Si na-  
turæ felicitatem examines: quid ingenio eius  
vivacius? quid acrius? quid ardentius? Si indu-  
striam: quis tantum librorum euoluit aut scri-  
psit? Quis aque fudauit in omni doctrina gen-  
re? Si eloquentiam: nullus est inter scriptores  
Christiane religionis, quem huic iure conferat,  
licet aliqui hoc nostrum seculum prater supe-  
riora, eximiae doctrinæ atq; scientie viros habe-  
buerit, qui ne Ciceronis quidem tempore, inter  
postremos constituendi fuissent. Verum hic no-  
ster, ut uno verbo dicā: ita omnem cyclopediā  
ab soluit, ut in uno miremur oculis suis iuxta  
pronera.

## DEDICATORIA.

proherbium) quod in alijs prædicamus per partes. De morum sanctitate tacere præstat, quam paucā dicere. Quis enim non admiretur magnopere in horridis ac vastissimis Chalcidis, Syria, Nitriæq; solitudinibus ob iuueniles errores pænitentiam? Quem non mouerent in tenero corpusculo ieunia, vigilia, chameunia, orationes, lachryme, gemius, suspiria, crebrae peitoris tensiones, studiorum sanctissimi labores, deniq; imaginatio terribilis tubæ, qua nos Apostolus ad reddendam vitæ rationem euocando asserit semper auribus eius, sine ederet, sine biberet, ut ipse testatur, in sonatis, surgite mori: venite ad iudicium! Mirabile dictu. Tantum famæ & nominis hæc sibi conciliarunt, ut ad specum Bethlehemicum ex ultimis terræ regionibus, haud secus, atq; ad publicū totius Christiani orbis concurreretur oraculum. Habuit illa etas celebrandum omnibus seculis miraculum, ut augustam illam mandram, recens iam nati Salvatoris hospitiolum ingressi, aliud ibidem quererent, & quos ad sui contemplationē domus illa panis (sic enim Beth-lehem interpretatur) non traxit, unius hominis fama perduxit. Promerebatur hic unus, ob dotes extimias, qui incorruptissimus seruaretur: verum tempus edax rerum, atq; inuidiosa vetustas bonam vigiliarum eius partem consumperunt. Quod reliquum est, illiteratorū vitio scriptorum

rum, ita multis locis depravatum, ut si ipsius  
Hieronymus, ex capis illis Elysijs rediisset, non  
erat scripta sua cogniturus. Correxit D. Eras-  
mus in ijs multa, & ita correxit, ut quae halle-  
nus sepulta sit in tenebris obducta, integrare-  
diisse videantur: attamen quia nihil tam omni-  
bus numeris est absolutum, quin tempore fieri  
possit maius & melius: & ut Socrates in Pla-  
tonis Cratylo ait: ὅτι γαλεπά τὰ παλά: posse illa  
D. Henricus Grauius, nostri Cœnobij, dum vi-  
ueret Prior dignissimus, non solum in bonili-  
teris pulchre versatus, sed etiam trium linguarum  
logè peritissimus, elegates, ac propè innumeratæ  
in Hieronymi Epistolas scripsit castigationes,  
que adhuc apud me existant. Sumo itaque in gra-  
tulandum Hieronymo, qui tot vulneribus, qua  
illi negligentia imperitorum scribarum incusse-  
rat, studio huius viri sanatus fit. His adiecit  
eiusdem Grauij observationes, seu annotationes  
quas horis subcisiuus in Epistolas Hieronymi  
conscriptis, non quidem eo consilio, ut annectatæ  
arte Grammatices, atq[ue] Rhetorices iuuentutis  
consuleret, cum id per Erasmus magna cum  
diligentia factum esset: sed rerum solum origi-  
nes fontesq[ue] demonstraret, Hieronymum Hi-  
eronymo conferret, consonas sententias in unum  
quasi fasciculum congereret, ut doceret, non mo-  
do quid ipse Hieronymus scripsisset, aut unde,  
sed quanta venustate, quanto lepore, eandem  
sermonis

D E D I C A T O R I A.

sermonis faciem, in aliam atq; aliam vertisser  
formam. Miraberis fortassis Digniss. D.no-  
nam hāc Epistolarum in Decades partitionē.  
Itaq; opera pretium me facturum existimo, si  
eius hoc loco rationem reddam. Videbam ego  
Hieronymum in Epistolis suis nihil reliquisse  
intactum, & quicquid ad omnem vitæ con-  
ditionem spectaret, summa cum verborum  
elegancia ab eo, sermonisq; venustate, ac grā-  
tia, traditum atque præscriptum: verum dole-  
bam, tam incomparabilem thesaurū in magnis  
illis, & prægrandibus voluminibus latere, atq;  
à paucis, eo quod pretij magnitudo absterreret  
emi, & à paucioribus euolui, quod ex vastis il-  
lis fontibus lectio incōmoda peteretur, & pro-  
lixitas fastidium adderet. Cœpi igitur mecum  
cogitare, quonam medio fieri posset, ut uno nec  
nimium oneroso codice, non quidem omnes, sed  
aliquot selectæ, que maxime lectu digna, ac ne-  
cessariae cognitu, comprehendenterentur. Hec me  
animò voluēt, superuenit scholæ nostra Neo-  
magensis Gymnasiarcha Franciscus Byrsens,  
vir, ut pierate, ita et eruditione clarissimus, ve-  
nit inquam comitatus aliquot suis in docendi  
munere collegis, viris sane in literarū artiumq;  
bonarum studio multū versatis. Quibus cum  
meum consilium indicassem, ipsi me cohortari,  
excitare, impellere, ut Hieronymi Epistolas in  
aliquot classes, seu Decadas distinguerē, ac in-

## EPISTOLA

uentuti prælegandas traderem, quo iunior et una cum eloquentia pietatem imbiberet. Hac enim utraq; si non in Epistolis Hieronymianis cumulatissime inueniretur, apud alium neminem inueniri posse existimabant. Ad hoc iudeo afferere non dubitabant futurum, ut hoc preuocati exempla, aliarum in vicinis ciuitatibus, scholarum moderatores, easdem iuuenientibus legerent. Quid plura? Placuit mihi propositum eorum tam pium, arrisit conditio, postulans acquieui. Non enim videbam, qua fronte negare, quod multis utile futurum agnoscet. Huic ergo editioni cum Patronus quereretur, tu mihi inter primos occurristi, cui hanc dedicem ex more recepto asscriberem, traderem, atque dedicarem: idque potissimum hanc ob causam, quod scirem te (si quem alium) maxime veterum Theologorum scriptis gaudere, deliciar, ac impendio rapi, amplissimis licet negotiorum fluctibus obrutus, qua studia tua, maiorem in modum remorantur. Queso enim vero, Digniss. D. liceat mihi hic aliquantulum tecum liberius loqui, ac in memoriam renocare, qua aribus a te hisce meis subinde audini, cum familiarius de rebus studijsq; nostris confabularemur. Quoties tu, cum Ampliss. D. Balinus, te in Mandatorem domui Augiane, qua aliquo studiis, te Musis, ac gratiis aurilsum, & in p-

D E D I C A T O R I A.

strinum quodammodo atq; labyrinthum conie-  
ctum? Quoties optasti ex uberrimis illis re-  
ditum obuentionum j; (ut Iureconsultorum  
verbo utar) copijs honestam aliquam insigne  
los annos, pecunia & summa, veluti stipendii,  
qua: contentus famulo, in Academia ali-  
dudum fecisses, nisi amicorum consilio, quite  
ab hoc proposito dehortabantur (quorum me-  
num libenter profiteor) acquiescere maluisses.  
Nolo hic commemorare, quanto fauore, quan-  
ta benivolentia, literarum studiosos prosequa-  
ris, quanta comitate allicias, liberalitate de-  
merearis, qui vel aliquo eruditio[n]is gradu, aut  
saltem aliquo bona spei titulo noti atque com-  
mendari essent. Prudens etiam ac sciens, hic  
taceo ingenij tni dexteritatem singularem, qua  
rebus dubijs granioribusq; sic consulis, ut om-  
neste colant, obuijsq; vlnis complectantur. Ve-  
rum his accuratius prosequendis, visum est  
impresentiarum supersedere, tum quod notio-  
rasint, quam vt me illustratore egeant, tum  
quod de his alias, & forte magis in loco, à me  
dicetur, & ut arbitror apud alias rectius,  
quam apud te. Accipe igitur Digniss. D. pro  
singulari tua humanitate, tibi oblatam à me  
obnixe quantum possum rogans, ut amicis am-  
plexibus, aduersus Zoilorum, quifere nihil non  
arridere

E P I S T . D E D I C A T .

arrodere solent, morsus foueas, & in his Epis-  
tolis adhuc spirantem agnoscas, ac docentes  
obserues, quem in celis cum Christo regnat  
tem studiisq; piorum hominum, hand dubia  
fauentem, pie colis. Hunc oro, ut tua studia,  
omnesq; conatus, suis precibus, in multis annis  
diuino numini commendet. Neomagi, anno  
salutis humanae. 1568. Mensis Martij 25.

E L E N C H V S E P I S T O L E

1. Ad Heliodorum, prima. De laude vita  
solitaria.
2. Ad Nepotianum. De vita clericorum &  
sacerdotum.
3. Ad Heliodorum, Secunda. Continen-  
t Epitaphium Nepotiani.
4. Ad Rusticum. De viuendi forma.
5. Ad Florentium Prima.
6. Ad Florentium, Secunda.
7. Ad Lætam. De institutione filiarum.
8. Ad Demetriadem. De seruanda virginitatem.
9. Ad Saluinam, De seruanda viduitate.
10. Ad Furiam. De viduitate seruanda.

ARGV.

ARGUMENTA (LECTOR)  
EPISTOLARVM PRIMÆ HVIVS  
decadis ordine, idq; de industria, operi preponen-  
da curauimus, ut Epitomen, summamq; rerum,  
perinde ac in tabella pictores schenographicci solent

ARGUMENTVM EPISTO. I.

HIERONYMVS vt vitia lascivietis ætatis he-  
temi frangeret duritia, Syriam Chalcidis adiij,  
comitatus Heliodoro, Nepotiani auunculo.  
Ceterum penitudine ductus vitæ solitariæ Heliodo-  
rus, ad suos remeavit. Qui exhortatoriam hanc scribit  
epistolam, affectibus plenam, qua conatur ad inter-  
missum vitæ studium reuocare. Quo id facilius per-  
suadet, proponit varia eorum qui in seculo versantur  
pericula, varios hostes, insidias multas, vitæ solitariæ  
felicitatem, extremi iudicij terrorem. Lusit in hac  
epistola pro iuuenili ætate: & calentibus ad hoc rhe-  
torum studijs, quædam scholastico flore depinxit.

ARGVMEN. EPIST. II.

NEPOTIANVS, Heliodori ex sorore nepos,  
postularat à Hieronymo, quomodo is qui de-  
relictis seculi negotijs, monachus, aut clericus  
cooperit esse, ne per abrupta vitiorum labatur, vitam  
institueret. Cui Hieronymus respondens, rectissimam  
viuendi formam communem, deinde argumentatio-  
nem aggreditur, proponens singula quæ æstimationi  
clericorum conducant, quæ minime. Elegans est epi-  
stola, digna sanè quæ sacerdotum manibus, per omne  
vitæ spacium teratur. Citat Gratianus multa in decre-  
tis Patrum ex hac epistola.

ARGV

ARGVMEN. EPIST. III.

**H**ELIODORO ex Monacho iam Episcopo consolatoriā hanc super morte Nepos scribit epistolam, quam alias Epitaphio nominatur. Expatriatur autem quod Hieronymo frequens est locum communem, & longe amenissimum, deinde per Christum devicta. Deinde consolationem, de morte dicitur, ostendens quatenus Christiano in unicorū morte dolendum sit, ne nimium indulgendo lamentis, verum religionis scopum, nimium rite breuitate huius vitæ ostensa ac temporum calamitate, ad morum correctionem hortatur.

ARGUMENT. EPIST. III.

**R**VSTICO Narbonensi, monacho, adoleſcendo, viuendi institutum praescribit Hieronymus, demonstrans vitam cenobiticam, monastica aut solitaria, multo tuitiorem. Stomachus hic in eos qui sub praetextu monachi, luculentiores & commoda. Rursum more suo, a loco incipit communis, de periculis, quibus haec vita ohnoxia est. Doctia est epistola & eloquens, utpote ad doctum iuxta scripta. Multa etiam ex hac in Patrum decreta citantur. Profuerit autem hic annotatio, cenobitram vitam & professionem, non esse inueniendum diabolam, sed institutum sanctum, veruissimataque.

ARGUMENT. EPIST. IV.

**F**LORENTIVM, ob summam in Christi pietatem munificentiam, collaudatum rogat ut epistolam huic copulatam, Russino, curus laudes etiam admiscet, porrigitur non grauetur.

ARGV

ARGUMENT. EPIST. VI.

**A**LTERAM ad Florentium scribit Epistolam, postulans ab eo libros aliquot, quibus ipse carebat, de suis codicibus interea offerens, quoscumque Florentius voluisse. Illud vero obseruatu di- gnum, sanctissimum virum tantisper apud Treuiros commoratum fuisse, ut Diuī Hilatij, prolixum valde librum de Synodis, propria descripscerit manu.

ARGUMENT. EPIST. VII.

**T**OXPOTIVS Paulae filius Lætam, Albini, viri quidem nobilis, sed gentilis filiam duxerat uxorem, ex qua prolem Paulam nomine suscepit: quam mater, ut erat mulier religiosissima, neccum conceptam, virginitati destinarat. Docet, Hieronymus quomodo anima, templum Dei futura, informanda sit, qualis eligendus magister, qualis nutrix, quis cultus obseruandus, quæ ieunia, quæ vigiliae, ut filiam statim mittat Beth-lehem ad auiam, se & magistrum & nutritum futurum promittit.

ARGUMENT. EPIST. VIII.

**D**EMETRIAS Olybrij & Julianæ filia, virgo inter Romanas & nobilitate & diuitijs facile prima, virginitatem Christo sacrârat, quod factum maximis extollit laudibus, adhortans eam, ut in proposito perseueret, carnis, mundi, & satanæ illecebris resistat. Tradit & alia quædam præcepta salutaria, de lectione sacrarum literarum, de ieunio, oratione, labore, alijsque rebus ad virginis institutum spectantibus.

ARGUMENT. EPIST. I.

**S**ALVINA mulier nobilissima, potentissimaq[ue] in ipso flore iuuentæ, Nebridinm maritum, nobilem virum, ac iuuenem amiserat, relicto filio Nebridio, & eius sorore. Mortuum magnifice commendat Hieronymus a stemmate, religione, elemosynis, oratione, & id genus operibus pietatis. Salutem ut liberorum rationem habeat, hortatur, castitatem & famam tueatur propriam, secundas nuptias fugiat.

ARGUMENT. EPIST. II.

**F**VRIA Cōsularis ac Patricij & Titianæ filia, Probi consulis natus, in aetate florenti marita obstanta est. Hanc Hieronymus hortatur, ne solutam à lege viri, iterum sese nuptiarum vinculis cōstringat, proponens singula digamiae incommoda.

EPISTO.

PRIMA DECAS EPISTO-  
LARVM D. HIERONYMI.

ARGUMENTVM.

Hieronymus ut vitia lascivientis etatis eremii frange-  
ter duritia, Syriam Chalcidis adiit, comitatus Heliodoro,  
Nepotiani auunculo. Cæterum penitidine ductus vita  
solitariae Heliodorus, ad suos remeauit. Cui exhortato-  
riam hanc scribit epistolam, affectibus plenam, qua cona-  
tui ad intermissum vitæ studium reuocare. Quod id faci-  
lur persuadeat, proponit varia eorum qui in saeculo ver-  
santur pericula, varios hostes, insidias multas, vita solita-  
ria felicitatem, extremi iudicii terrorem. Lusit in hac epi-  
stola pro iuuenili etate: & calentibus adhuc rhetorum stu-  
dijs, quædam scholastico flore depinxit.

EPISTOLA PRIMA.

Ad Heliodorum de laude vita solitariæ.



VANTO amore & studio con-  
tenderim, ut pariter in eremo mo-  
raremur, conscientia mutua chari-  
tatis pectus agnoscit. Quibus la-  
mentis, quo dolore, quo gemitu-  
te abeuntem prosequutus sim, iste quoque literæ te-  
stes sunt, quas lachrymis cernis interlitas. Verum tu,  
quasi parvulus delicatus, contemptum rogantis per  
blandimenta souisti: & ego incautus, quid tunc age  
rem nesciebam. Tacerem? Sed quod ardenter vo-  
lam, moderate dissimulare non poteram. Impensis  
obsecrarem? Sed audire nolebas, quia similiter non  
amabas. Quod unum potuit: spreta charitas fecit.  
Quem presentem retinere non valuit, querit absen-  
tem. Quoniam igitur & tu ipse abiens postularas, vt  
posteaquam ad desertam migrassem, inuitatoria ad

B

te scripta

2 EPIS. HIERO. AD HELIOD.

te scripta transmittere, & ego me facturum premitur.  
† Mito. serā: Inuitio. Iā propera. Nolo pristinā necessitudi-  
nū recorderis. Nudos amat erem⁹. Nolo relogique  
peregrinationis terreat difficultatē. Qui in Christum  
credis, & eius crede sermonibus. Querite primum te-  
gnū dei, & h.e.c omnia apponētur vobis. Non perati-  
bi sumenda, non virga est. Affatim dives est, quicunq;  
Matth. 6. Christo pauper est. Sed quid ago? Rursus improvidus  
Luc. 12. obsecro? abeāt preces, blandimēta discedant. Debet  
Luc. 9. amor Jesus irasci. Qui rogantē contempnerat, iustitia  
Militia vi- audies obiurgantē. Quid facis in paterna domo deli-  
ta Chri- cate miles? ubi vallum? ubi fossa? ubi hyems acta sub-  
stiani. pellibus? Ecce de celo tuba canit: Ecce cum nubibus  
Matt. 24. debellaturus orbē, imperator armatus egredit⁹: Ec-  
Apoc. 1. ce bis acutus gladius ex regis ore procedet, obvia quan-  
Apoc. 19. que metit: & tu mibi de cubiculo ad aciē, tu de um-  
bra egrederis ad sole? corpus assuetum tunicis, lori-  
onus nō fert: Caput opertum limiteo, galeam recusat.  
Matt. 12. Mollē ocio manū, durus exasperat capulus. Audie-  
dictū regis tui: Qui non est mecum, cōtra me est: &  
In baptis- qui mecum non colligit, spargit. Recordare tyrocinii  
mo datur tui diem, quo Christo in baptisme cōseptulit inse-  
nomen. paritū esse, nō matri. Ecce aduersarius inspectore  
Matt. 10. tuo Christū conatur occidere: Ecce donatum, quod  
Luc. 14. militaturus acceperas, hostilia castra suspirat. Lice-  
paruulus ex collo pēdeat nepos: licet sparsa crine, &  
scissis vestibus, hubera, quibus te nutrieran, mater e-  
stendat: licet in limine pater iaceat, per calcatum

DE VITA ER E MITICA

3

perge patrem, siccis oculis ad vexillum crucis euola-  
Solum pietatis genus est, in hac re esse crudelem. Ve-  
niet, veniet postea dies ille: quo victor reuertaris in  
patria: qui Hierosolymam celeste vir fortis corona-  
rus incedas. Tunc municipatum cum Paulo capies. Tunc &  
pro parentibus tuis, eiusdem ciuitatis ius petes. Tunc &  
pro me rogabis, qui te, ut vinceres, incitaut. Neque  
veronescio, quia te dicas nunc cōpede prepediri. Non  
est nobis ferreum pectus, nec dura precordia. Non ex  
flice natos hyrcanx nutriere tigrides. Et nos per ista  
transiimus: Nunc tibi blandis vidua soror heret la-  
certis, nunc illi, cum quibus adoleusisti, vernula aiutis.  
Cui nos seruituros relinquis? Nunc & gerula quon-  
dam, iam anus, & nutricius, secundus post naturale  
pietate pater, clamitat: moriturost expecta paulisper  
& sepeli. forsitan & laxis huberum pellibus mater,  
arata rugis fronte, antiquum referens māme lalla-  
re congettinet. Dicant si volunt & grammatici: In  
te omnis domus inclinata recumbit. Facile rūpit hac  
vincula amor dei, & gehennae timor. At contrā, scri-  
ptura precipit, parentibus obsequendū: sed quicunqz  
eos supra Christum amat, perdit animā suam. Gla-  
diū tenet hostis, ut me perimat, & ego de matris la-  
chrymis cogitabo? propter patrem militiam Christi  
deserā, cui sepulturā Christi caussa non debeo, quā Matth. 16.  
etiam omnibus eius caussa debeo? Domino passuro ti-  
mide Petrus consulens, scandalum fuit. Paulus reti-  
nentibus se fratribus, ne Hierosolymā pergeret, re-  
spondit: Quid facitis plorantes, & conturbantes cor

Victoria.

Act. 21. 11

tigres.

Ænc. 4.

<sup>†</sup>Pater cla-  
mitat mori-  
turus.  
Perf. 3.

Aeneid. 11.

Exod. 12.

Col. 3.

Eph. 6.

Math. 10.

Act. 21.

B 2 meum

4 EPIS. HIERO. AD HELIOD.

meum? Ego enim non solum ligari, sed & mori  
Hierusalem paratus sum pro nomine Domini Iesu  
Christi. Aries iste pietatis, quo fides quatitur, Euangeli  
geli retundendus est muro. Mater mea, & fratre  
mei hi sunt, quicunque faciunt voluntate patris mei,  
qui in celis est. Si credunt in Christum, fauēt me  
pro eius nomine pugnaturo: Si nō credūt, mortis se-  
peliant mortuos suos: Sed hoc, aīs, in marrie. Errat  
frater, erras, si putas vñquā Christianum persequi-  
tionē non pati. Tunc maxime oppugnari, si te oppu-  
gnari nescis. Aduersarius noster, tanquam leonis  
aliquē deuorare querens circumit, & tu pacē patias  
Psalm. 9. Sedet in insidijs cū dinitibus, vt in occultis interficiat  
innocentē. Oculi eius in pauperē respiciunt. Injicit  
tur in occulto, sicut leo in spelunca sua insidiatur, et  
rapiat pauperē, & tu frōdoſe arboris tectus umbra-  
culo molles somnos futurus preda carpi? Inde na-  
persequitur luxuria: Inde avaritia conatur irrumpe-  
re: Inde venter meus vult mihi Deus esse pro Chri-  
sto: Compellit libido, vt habitantem in me spiritum  
sanctum fugē, vt templū eius viole. Persequitur, or-  
quam me hostis, cui nomina mille, mille nocendi ar-  
tes: & ego infelix victorem me putabo, dum capiari  
Nolo frater charissime examinato pondere delicto-  
rum, minora credas idololatrie crimina esse, que di-  
ximus. Imo Apostoli disce sententiam, quā aīs: Ho-  
enim scitote intelligentes, quia omnis fornicator, aut  
immundus, aut avarus, aut fraudator, quod est ido-  
lorum seruitus, non habet hereditatem in regno Chri-

Mat. 12.

Marc. 3.

Luc. 8.

Marth. 8.

Luc. 9.

Insidijs.

1. Pet. 5.

Psalm. 9.

Hostes va-

rij.

Ephes. 5.

DE VITA EREMITICA.

3

sti, & Dei. Et quanquam generaliter aduersum deum sapiat, quicquid diaboli est: & quod diaboli est, idolatria sit, cui omnia idola mancipantur: tamen & in alio loco speciatim, nominating<sup>3</sup>, determinat, dicens: Mortificate membra vestra, que sunt super terram, deponentes fornicationem, immundiciam, & concupiscentiam malam, & \* cupiditatem, que sunt idolorum seruitus, propter quae venit ira Dei. <sup>Colos. 3.</sup> Non est tantum in eo seruitus idoli, si quis duobus digitiis, thura in bustum aræ iaciat, aut haustū patere poculo fundat merum. Neget avaritiam esse idolatriam, qui potest triginta argenteis dominum vendi <sup>Matt. 26.</sup> rum, appellare iustitiam. Neget sacrilegiū in libidine sed is, qui membra Christi, & hostiam viuam, placet centem deo, cū publicarum libidinum victimis, nefaria colluione violauit. Non fateatur fraudem idolatriam esse, sed similis eorum, qui in Actibus Apo- <sup>Act. 5.</sup> stolorum ex patrimonio suo partem pretij reseruan- tes, presenti perière vindicta. Animaduerte frater, non tibi licet de tuis quicquam habere rebus. Omnis, <sup>Luc. 14.</sup> inquit Dominus, qui non renunciauerit cunctis, que posidet, non potest meus esse discipulus. Cur timido animo Christianus es? \*Respice Petro relictum rete: <sup>\*Matt. 4.</sup> <sup>Marc. 1.</sup> <sup>Luc. 5.</sup> <sup>†Marc. 2.</sup> <sup>Matth. 9.</sup> <sup>Luc. 5.</sup> <sup>†Matt. 8.</sup> <sup>Luc. 9.</sup> <sup>Rom. 8.</sup> <sup>‡</sup> Respice surgentem de teloneo publicanum statim Apostolum. <sup>†</sup> Filius hominis non habet ubi caput re- climet: & tu amplas porticus, & ingentia tectorum spatia metiris? Hereditatem expectans seculi, coha- res Christi esse non poteris. Interpretare vocabulum manachi, hoc est, nomen tuum. Quid facis in turba,

6 EPIS. HIERO. AD HELIOD.  
qui solus es? Et hoc ego, non integris, rate vel meri-  
bus, nec quasi ignarus fluctuum premoneo, sed qui s-  
uper naufragio eiectus in littus, timida nauigatur  
voce denuncio. In illo æstu Charybdis luxurie, salut-  
fragia<sup>†</sup> Scyllæum renidens, libido blanditur. Hic bar-  
barum littus, hic diabolus pirata, cum socii parat  
vincula capiendis. Nolite credere, nolite esse secun-  
dum. Licet in modum stagnifusnm æquor aridat: hie  
vix summa iacentis elementi spiritu terraque-  
tur, magnos hic campus montes habet. Intus in clu-  
sum est periculum, intus est hostis. Expedite ridentis  
vela suspendite: Crux & antenae figatur in for-  
tibus. Tranquillitas ista tempesta est. Sed forsitan  
dicturus es: Quid ergo? Quicunque in ciuitate sunt  
Christiani non sunt? Non est tibi eadem causa,  
qua ex alteris. Dominum ausulta dicentem: Si tu  
perfectus esse, vade, vende omnia tua, & da paupe-  
ribus, & veni sequere me. Tu autem perfectum u-  
fore pollicitus es: Nam, cum derelicta militia, te ex-  
strasti propter regna celorum, quid aliud, quam per-  
fectam sequutus es vitam? Perfectus autem sermo  
Christi, nihil, præter Christum, habet: Aut, si quis  
præter Christum, habet, perfectus non est. Et si  
perfectus non est, cum se perfectum fore Deo pollu-  
tus sit, ante mentitus est. Os autem, quod mentitum  
occidit animam. Igitur, ut concludam: Si perfectus  
es, cur bona paterna desideras? Dominum fessellis, si  
perfectus non es. Diuinis Euangelium vocibus cont-

<sup>†</sup>inductus  
nauigatur.

<sup>‡</sup>Scyllæa ceu-  
renidens.  
Scyllacum

<sup>§</sup>abducere.  
<sup>¶</sup>crucis an-  
templa.

Matt. 19.

<sup>†</sup>domus.  
Mat. 19.

<sup>‡</sup>Dram.  
Sap. 1.

DE VITA EREMITICA.

7

nat: Non potestis duobus Dominis seruire: & audet  
quisquam mendacem Christum facere, Mammonem  
& Domino seruendo? Vociferatur ille sepe: Si quis  
vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat  
crucem suam, & sequatur me. Et ego onustus auro,  
arbitror me Christum sequi? Qui dicit se in Christū  
credere, debet quomodo ille ambulauit, & ipse am-  
bulare. Quod si nihil habes (ut te responsurum scio)  
cur tam bene paratus ad bella, non militas? Nisi for-  
in patria tua te arbitraris hoc facere, cum in sua do-  
minus signa non fecerit. Et cur id? Cum auctoritate  
sumerationem: Nemo propheta in patria sua hono-  
rem habet. Non quero, inquieres, honorem: Sufficit mihi  
conscientia mea. Neque Dominus querebat,  
quippe, qui, ne a turbis Rex constitueretur, aufugit.  
Sed ubi honor non est, ibi contemptus est. Vbi con-  
temptus, ibi frequensiuria. Vbi autem iniuria, ibi  
& indignatio. Vbi indignatio, ibi quies nulla. Vbi  
quies non est, ibi mens a proposito sepe deducitur.  
Vbi autem per inquietudinem aliquid auferitur ex  
studio, minus sit ab eo, quod tollitur. Et ubi minus  
est, perfectum non potest dici. Ex hac supputatione,  
illa summa nascitur, Monachum perfectum in pa-  
tria sua esse non posse. Perfectū autem esse nolle, de-  
linquere est. Sed de hoc gradu pulsus, prouocabis ad  
clericos. An de his aliquid audeam dicere, qui certe  
in suis urbibus commorantur? Absit, ut de his quic-  
quam finistrū loquar, qui Apostolicogradui succedē-  
tes, Christi corpus sacro ore cōsciūt, per quos & nos

Matth. 6.  
Luc. 16.

Matth. 16.  
Matth. 8.  
Luc. 9.

Matth. 13.

Ioan. 4.  
Marc. 6.  
Luc. 4.  
Ioan. 6.

Dignitas  
clericorū.

8 EPIS. HIERO. AD HELIOD.

Matt. 16. Christiani sumus. Qui claves regni celorum haben-  
tes, quodammodo ante iudicij diem iudicant: quia  
Luc. 22. sponsam domini sobria castitate conseruant. sed alia  
ut ante perstrinxii, monachorum est causa: altac-  
\*Ioan. 21. riorum. Clerici pascunt oves: ego pasco. Illi de al-  
\*1. Cor. 9. tario viuunt: mihi quasi infructuose arbori, + securi-  
†Matt. 3. ponitur ad radicem, + simunus ad altare non defero.  
Luc. 3. Deut. 16. Nec possum obtendere paupertatem, cum in Euale-  
Luc. 21. gelio anum viduam, duo, que sola sibi supererant,  
Marc. 12. era mittentem, laudauerit Dominus. Misi ante  
In galopbi lacum. presbyterum sedere non licet: illi, si peccauerit, licet  
1. Cor. 5. tradere me Satanæ in interitum carnis, et spiri-  
Deut. 17. saluus sit. Et in veteri quidem lege, quicumque sa-  
cerdotibus non obtemperasset, aut extra casta pos-  
tus, lapidabatur à populo, aut gladio ceruice sube-  
cta, contemptum expiabat cruento. Nunc vero inobe-  
diens, spirituali mucrone truncatur, aut eiclus de-  
Ecclesia, rabido demonum ore discerpitur. Quod si  
te quoque ad eundem ordinem, pia fratrum blandi-  
menta solicitant, gaudebo de ascensi, sed timebo de  
2. Tim. 3. lapsu. Qui Episcopatum desiderat, bonum opus desi-  
derat. Scimus ista: sed iunge quod sequitur: Oportet  
autem huiusmodi irreprehensibilem esse, unus uxo-  
ris virum, sobrium, pudicum, prudentem, ornatum,  
hospitalem, docibilem, non vinolentum, non percu-  
forem, sed modestum: & ceteris, que de eo sequun-  
tur, explicitis: non minorē in tertio gradu adhibuit  
2. Tim. 3. diligentia dicens: Diaconos similiter pudicos, non bi-  
lingues, nō multo vino deditos, nō turiles, baben-  
tes m̄j-

DE VITA EREMITICA.

9

tes mysterium fidei in conscientia pura. Et hi autem Clericus  
probentur primum, & sic ministrant, nullum crīmē inutilis.  
habētes. Veh illi homini, qui vestē non habens nuptia Matt. 22.  
lē, ingreditur ad cānā. Nihil superest, nisi ut statim  
audiat: Amice, quomodo huc intrasti. Et illo obmu-  
tescente, dicatur ministris: Tollite illū, ligatis mani- Matt. 22.  
bus, & pedibus, & mittite eū in tenebras exteriores,  
vbi erit fletus, & sīndor dentiū. Veh illi, qui acceptū Matt. 25.  
talentiū in sudario ligās, ceteris lucra facientibus, id  
tantū, quod acceperat, reseruauit. Illico indignantis  
domini clamore ferietur: Serue nequā, quare non de  
disti pecuniam meam ad mensam, & ego veniens cum  
vīsū exegiſsem eam? Id est, deposuſſes ad altare,  
quod ferre non poteras. Dum enim tu ignavius nego-  
ciator denariū tenes, alterius locū, qui pecuniam du-  
plicare poterat, occupasti. Quāmōbrē, sicuti, qui be-  
ne ministrat, bonū gradum sibi acquirit: ita qui in-  
digne ad calicem domini accedit, reus erit dominici  
corporis, & sanguinis. Non omnes Episcopi, Episcopi  
sunt. Attēdis Petrū: sed & Iudam considera. Stepha-  
nū suffici: sed & Nicolaū respice, quē dominus in A-  
pocalypsi, sua dānat sentētia. Qui tam turpia & ne-  
fanda cōmētus est, ut Nicolaitarū heresis ex illa ra-  
dice nascatur. Probet se vnuſquisq;, & sic accedat.  
Nō facit ecclesiastica dignitas Christianū. Cornelius  
cēturio adhuc ethnicus, dono sancti spiritus mūdatur  
Presbyteros Daniel puer iudicat. Amos ruborum mo-  
ra distingens, repente propheta effectus est. † Dauid  
pastor eligitur in regem. † Minimum discipulum Iesu

1. Tim. 3.

1. Cor. 11.

Act. 6.

Apoc. 2.

† Neophy-  
tarum.

1. Cor. 11.

Act. 10.

Daniel 13.

Amos 7.

¶ 1. Reg. 16.

Psalm. 77.

& 88.

† Matt. 20.

Marc. 10.

Luc. 18.

& 22.

## 10. EPIS. HIERO. AD HELIOD.

<sup>¶</sup>Luc. 14. amat plurimum. Inferius frater accumbe et nunc  
adueniente, sursum iubearis ascendere. Super quod  
Dominus requiescit, nisi super humilem & querit  
& trementem verba sua? Cui plus creditur, plus  
eo exigitur. Potentes potenter tormenta patienter

<sup>Sap. 6.</sup>  
<sup>transummo-</sup>  
<sup>do.</sup> Nec sibi quisquam de corporis tantum mandat  
tate supplaudat, cum omne verbum otiosum, neq;  
eo rationem in dieiudicij: cum etiam coniunctione in

Matth. 12. cunque loqui fuerint homines, redditari sine pro  
Matth. 5. eo rationem in dieiudicij: cum etiam coniunctione in

<sup>Episcopi a.</sup> fratrem, homicidij sit reatus. Non est facile partitur  
gunt vices co Pauli, tenere gradum Petri, iam cum Christus  
Potri & gnantium: ne forte veniam Angelus, qui scandali  
Pauli. lum templi tui, qui candelabrum tuum de lege ne-  
Marc. 1. 5. ueat. Aedificaturus turrim, futuri operi sumptus for-  
Luc. 14. puta. Infatuatum sal ad nihil est utile, nisi, ut pre-  
Matth. 5. ciatur foras, & a porcis conculceretur. Monachus ha-  
Marc. 9. ciderit, rogabit pro eo Sacerdos. Pro Sacerdotiis lego  
Leuit. 4. 5. quis rogaturus est? Sed quoniae scopolos si loquitur  
spandenda, uigauit oratio, & inter canas spumeis fluctibus car-  
teis fragilis in altum cymba processit, expandenda re-  
la sunt ventis: & questionum scopolis transiunctio-  
letantium more nautarum epilogi celeuma cantum  
dum est: O desertum, Christi floribus vernans. O  
solitudo, in qua illi nascuntur lapides, de quibus

Apoc. 21. Apocalypsi ciuitas magni Regis extrahitur. Oerrus  
familiarius Deo gaudens. Quid agis frater in se-  
culo, qui maior es mundo? Quandiu te tectorum m-  
bre premunt? Quandiu fumosarum urbium canes  
includit? Crede mihi, nescio, quid plus lucis affun-  
dit?

Libet sarcina corporis abiecta, ad purum etheris euo-  
 lare fulgorem. Paupertate times? Sed beatos Chri-  
 stus pauperes appellat. Labore terroris? At nemo  
 athleta sine sudore coronatur. De cibo cogitas? Sed  
 fides famē non timet. Super nudam metū humum  
 ex ea ieunijs membra collidere? Sed Dominus tecū  
 iacet. Squalidi capit is horret inculta Cesaries? Sed  
 caput tuum Christus est. Infinita eremivastitas te  
 terret? Sed tu paradisum mente deambula. Quoties-  
 cunq; illuc cogitatione condescenderis, toties in eremo  
 non eris. Scabra sine balneis attrahitur cutis, sed qui  
 in Christo semel lotus est, non illi necesse est iterum  
 lauare. Et ut breuiter ad cuncta, audias Apostolum  
 respondentem: Non sunt, inquit, condigne passiones  
 huius seculi ad superuenturā gloriam, quae reuelabi-  
 tur in nobis. Delicatus es frater, si & hic etis gaudere  
 cum seculo, & postea regnare cū Christo. Veniet, ve-  
 niet illa dies, qua corruptiū hoc & mortale, incor-  
 ruptionē induat & immortalitatē. Tunc beatus ser-  
 uus, quem dominus inuenierit vigilante. Tunc ad vo-  
 cem tubæ pauabit terra cum populis, & tu gaudebis.  
 Iudicaturo Domino, lugubre mundus immugiet: tri-  
 bus ad tribum pectora ferient. Potentissimi quondā  
 reges, nudo latere palpitabūt. Exhibebitur cum prole  
 sua Venus. <sup>†</sup>Tunc ignitus Iupiter adducetur, & cum  
 suis stultus Plato discipulis. Aristotelis argumenta no-  
 proderunt. Tunc tu rusticanus, & pauper exultabis,  
 & ridebis, & dices: Ecce crucifixus meus: ecce index  
 qui obnolutus pannis, in praesepio vagijt. Hic est

Matth. 5.

Luc. 6.

Epilogus

argumen-

torum.

2. Tim. 2.

1. Cor. 11.

Ioan. 13.

Rom. 8.

1. Cor. 15.

Luc. 12.

Matt. 24.

Apoc. 1.

<sup>†</sup>Exhibebi-  
tur cum prole  
sua vere tunc  
ignitus Iupi-  
ter.

<sup>‡</sup>Deus.  
Luc. 2.

ille

fabri.  
 Matth. 2. ille operarij & questuarie filius: hic, qui matri  
 Matt. 13. status sinu, hominem Deus fugit in Aegyptum: hi  
 Marc. 27. vestitus coccino: hic sentibus coronatus: hic magus de  
 Ioan. 19. montum habens, & Samarites, Cerne manus Iude  
 Ioan. 19. quas fixeras: cerne latus Romane, quod foderat. Vi  
 Matt. 28. dete corpus an idem sit, quod dicebatis, clam nocte  
 sustulisse discipulos. Dilectio tua me compulit, ut his  
 tibi frater dicerem, ut his tum interesse contingat,  
 pro quibus nunc labor durus est.

ANNOTATIONES D. HENRICI  
 GRAVII, IN EPISTOLAM AD HE  
 liodorum, De contemptu seculi, & laude  
 vitae solitariae.

Heliodo-  
rus.

**Q**uanto amore & studio contenderim.] Heliodo-  
 rum, cui exhortatoriam hanc, (ut ipse vocat,  
 tam in libro virorum illustrium, quam in  
 Epitaphio Nepotiani) scribit epistolam, ex felicissimo  
 collegio Aquileiensi extitisse constat, cuius & in ad-  
 iectione Chronicorum Eusebij, his verbis meminimus.  
 Anno undecimo Valentianii & Valerii Aquileien-  
 ses clerici, quasi chorus beatorum habentur. unde in  
 epistola ad Julianum Aquileiae Diaconum, Heliodo-  
 ri mentionem faciens scribit in haec verba. Sanctus  
 frater Heliodorus hic fuit, qui cum in eum velle-  
 rem incolere, meis sceleribus fugatus abscessit.  
 Fuit autem Nepotiani auunculus, ut proxime dux  
 epistolae satis docent. Scripsit Hieronymus epistola  
 hanc, in primo aetatis flore, ut ipse testatur in episto-  
 la ad Nepotianum. Dum esset (inquit) adolescentis,  
 imo paene puer, & primos impetus lascivientis aetatis,  
 etremi duritia refrenarem, scripsi ad auunculum tuum,  
 san-

sanctum Heliodorum, epistolam exhortatoriam, epistolam plenam lachrymis querimonijsque, & quæ deserti sodalis monstraret affectum, sed in illo opere pro ætate tunc lusimus, & calentibus adhuc rhetorum studijs, atque doctrinis, quædam scholastico flore depinximus. Item in præfatione commentariorum in Abdiam ad Pammachium. Hoc est (ait) illud tempus, in Pammachi hac luce dulcior, quo egressi scholam rhetorum, diuerso studio ferebamur, quando ego & Heliodorus charissimus pariter habitare solitudinem Syriae Chalcidis nitebamur. Plutes Hieronymi extant epistola ad hunc Heliodorum, ut est ea; Grandes materias: Et ea quæ libris Salomonis præfigitur, de quibus suo loco. Nam toties huius epistola mentionem facit, ut nisi quis omnem perdidet fronrem, hanc Hieronymi negare non poterit.

*Iste quoque litteræ testes sunt, quas lachrymis cernis in=* Litteræ  
*terlitas] Ciceronem videtur imitatus lib. 14. epistola-* interlitas.  
*rum fa. Accepi ab Aristocrato tres epistolæ, quas ego*  
*lachrymis prope deleui. Et actione 4. in Verrem.*

*Tabulae sunt in medio, quæ se corruptas atque interlitas esse clamant. Item pro Cluentio: Qui testamentum interlinerit. D. Ambrosius epistola 71. lib. 9. epistolæ*  
*proprie vtitur. Ergo (inquit) quia per inobedientiam prærogativa naturalis legis corrupta atque interlita est, ideo scriptum legis existimatum est necessarium,*  
*ut vel partem haberet, qui uniuersum amiserat.*

*In iusto iam propera] Quidam codices habebant. Mitto,*  
*& fortassis non male, cum præcedat transmitterem.*

*Qui in Christum credit, eius crede sermonibus] Cypria*  
*ni est lib. de mortalitate. Si in Christum credimus, similia ha-*  
*bet in lib. de opere & eleemosynis. Et de simplicitate*  
*prælatorum. Credere se in Christum quomodo di-*  
*cit, qui non facit, quod Christus facere præcepit? Aut*  
*vnde*

vnde perueniet ad premiuū fidei , qui fidem nō se  
seruare mandat?

*Quid facis in paternā domo delicate miles? vbi zā  
vbi fossa? vbi hyems acta sub pellibus? ] Magna cum  
ybertate & elegantia . Quintiliā sententiam, decla-  
matione 3. exptessit . Non æstiui solis ardorem, ne-  
sub pellibus actam hyemem , ferienda sit fatigatio fin-  
sa , pro vallo portisque vigilandum . Drepamus in  
Panegyrico Theodosij . Actas sub pellibus inveneres  
Vulcatius Gallicanus in Auidio Celsio . Iustitiae  
cos hyemein sub pellibus agere . Sunt autem pelles  
hoc loco nihil aliud quām tentoria , sub gātis na-  
lites ab aëris iniuria sese totabantur.*

*Ecce bis acutus gladius ex ore regis procedens ] Alludit  
ad id quod scribitur Apocal. 1. 22 in 8. cap. Et deinde  
τοῦ πουφια δίροπος ὁ ζεῦς εντεγμόντεις . Et deinceps  
eius gladius utraque parte acutus exhibet .*

*Obvia quæque metit ] Respxit ad Hemitichium  
Virgil. 10. Acneidos . Proxima quæque metit gladio  
Et tu mibi de cubiculo ad aciem , de umbra erigendo  
ad solem? ] Tertulliani locum , lib. ad martyres , ma-  
gna cum gratia atque acri monia exornat . Nemo mi-  
les ad bellum cum delicijs venit , nec de cubiculo ad  
aciem procedit , sed de papilionibus expeditis & in-  
strictis , vbi omnis duritia , & omnis imbonitas , in-  
insuianitas consistit . Mox de umbra ad solem , de cu-  
biculo ad cœlum , de tunica ad loricam , de silentio ad clu-  
morem , de quiete ad tumultum . Flavius Vopiscus  
Tacito . Videte diligentius , quam ætatem de cubicu-  
lo , atque umbra , in pruinas astusque mittatis . Ne  
multum abhorret ab his quæ scribit Hieronymus in  
9. cap. Amos : Corpora (inquit) vmbbris , otioque na-  
centia , tentationes & estus seculi ferre non possunt  
quæ autem ad luctam & certamina præparantur , sole  
siccata superant muadi iniurias , & benedictionem  
sancti spiritus consequuntur , dicentes ad iustum: Per-*

diem sol non vret te, neque luna per noctem.  
Recordare tyrocinij tui diem, quo Christo in baptismate conscepisti, in sacramenti verba iurasti] Tertullianus lib. ad martyres. Vocati sumus ad militiam Dei viui iam tunc, cum in Sacramenti verba spondimus.

Tunc municipatum cum Paulo capies] In epistola ad Municipium Damasum, cuius initium. Importuna mulier. Ita patet. Item in Esa. ca. 1. Si quis igitur cœlum est, & municipatum habet in cœlestibus. Allusio est ad verba Apostoli Philip. 3. ιημαντηρια μετανοεις εν αυγανοις ισταρισκη. Nostra editio habet conuersatio, veteribus aristis municipatus. Tertullianus lib. 3. in Marcionem.

Quam & Apostolus matrem nostram sursum designat, & πολιτευμα nostrum, id est, municipatum in cœlestis pronuncians. Et lib. de resurrectione carnis. De terra in cœlum, ubi nostrum municipatum, Philippenses quoque ab Apostolo discunt. Sed & à nostro interprete, act. 21. πολιτευμα veritut, municeps.

Qua te nunc dicas compede præpediri.] Non alienum est à Cyptiani verbis lib. de lapsis. Quos facultates suæ, velut compedes ligauerunt. Et Lactant. lib. 6. diuinari. inst. cap. 4. ut opibus suis, tanquam compedibus illigatos à via veritatis excutiatur.

Non erit nobis ferreum pectus, nec dura præcordia] In epistola Sanato vulneri: Quæ aures tā duræ, quæ de filice excisa præcordia. Mutuo sumptum à Quintilio declamat. 6. Non erat illi ferreum pectus, nec cor filice concretum, ut hæc pati posset æquo animo. Item declamatione 10. Namque isti ferreum pectus, & dura præcordia. Eadem quoque sententiæ facies est, apud Tibullum lib. 1. eleg. 1.

Flebis & arsuro positum me Delia lecto,  
Tristibus & lachrymis oscula misera dabis.  
Flebis, non tua sunt duro præcordia ferro  
Vincta, nec in tenero stat tibi corde silex.

Compedes.

Non

*Non ex silice natos hyreane nutrit' rigidae  
Pamimachium. Sanato vulneri. Et hyrcanum tigre  
lacte nutrita. Allusit ad carmina Maron.li.4. Aeneis  
Nec tibi diua parens generis, nec Dardanus auctor.  
Perfida, sed duris genuit te cautibus horrent  
Caucasus, hyrcanæq; admorunt vbera flores.*

*Nunc illi cum quibus ad levissi vernule dant. In plo  
risque libris reperitur veruaculi, sed melius vernule. S  
in epistola ad Furiam, Vernulas quis educabit?*

*Pater clamitat, Morituros expecta paulisper, & fo  
peli] Vetus quidam codices habent. Pater clamitat  
moriturus. Expecta paulisper, & sepelies.*

*Forfitan & laxis vberum pellibus, mater matavagis  
fronte] Quam sit frequens, & assidua ipsi Hecyno-  
mo hec sententiae imago, subiecta commonstrabat  
loca. Epistola proxima. Nunc iam cano capit, &  
arata rugis fronte, & instar boum pendebitis a me-  
to palearibus. Et ad Furiam: Fronte rugis arata, &  
cina est mors in foribus. In epistola ad matrem &  
filiam. Retulit. Si mea monita rugata fronte contem-  
peris. In epistola. Mensuram. Rigidam & iritis  
rugare frontem. Pamimachio. Si iuxta Paulum: &  
rugata fronte, & obliquis oculis despicias. In ca. Elia: &  
Pulchra mulier, quæ adolescentulorum post se rite  
hebat greges, arata rugis fronte conuahitur, & que-  
prius amori, postea fastidio est. Et in Zachar. cap. 7.  
Solemus, quando rugata fronte, & nate contraria  
contemnimus admonentes, dorsum vertere,*

*In te omnis domus inclinata recumbit] Verba Aeneis  
ad Turnum Aeneid. 12.*

*Turne per has ego te lachrymas, per si quis Amata  
Tangit honos, animum, s̄t̄ es tu nunc una senecte,  
Tu requies misere, decus imperiumq; Latini,  
Te penes, in te omnis domus inclinata recumbit. Et est i  
ruina translatio, iuxta Seruium.*

*Aliquem denorare querens] Quædam vetusta ero-  
plaza*

plaria habebant: aliquid denorare cupiens: quam lectionem aliquot scriptores ecclesiastici sequuntur, contra textum Græcum. ζυτῶν τίνα κατατίγ. i. Petri 5.

*Non est tantum in eo seruitus idoli.]* De cordis, non Idoli servitus.  
lapidum idolatria loquitur tantum: Tot enim quis-  
qued eos colit alienos, quot peccatis vitijq; obnoxius  
est. Hieron. in cap. 2. Amos: Vnusquisque adorans  
vitia sua atque peccata, Deum habere coepit, à quo  
victus est, dicente Petro Apostolo: A quo enim quis  
superatur, huius & seruus est. Avarus aurum, gulo-  
sus ventrem, libidinosus penam & Beelphégor co-  
lit, lasciva mulier, quæ cum sit in delitijs viuens,  
mortua est, adorat venereas voluptates.

*Siquis duobus digitalis thura in bustum are iactet.]*  
Lactantius Firmianus est lib. 5. cap. 19. Thura tribus  
digitis comprehensa, in focum iactare. Et mox ca-  
pite sequenti: In qua nihil aliud video quam ritum  
ad solos digitos pertinentem.

*Cum publicarum libidinum victimis.]* Infra ad Agero-  
chiam, vt in eo se putet esse laudabilem, si scortis  
melior sit, si publicarum libidinum victimas supe-  
ret, si vni sit prostituta, non pluribus. In Heluidiū.  
Ingredivntur expolitæ libidinum victimæ. Et in ca-  
3. Ionæ. Quæ erit distantia inter virginem & profsti-  
bulum, quæ erit differentia inter matrem Domini,  
& quod dictu quoque scelus est, victimas libidinum  
publicarum? In enarrat. ca. 4. Osee, De rationabili  
homine brutum efficit animal, vt ganeas & lupana-  
ria, libidinum lustra sectetur. Hos & similes loquē-  
di modos, & quidem elegantissimos, quibus tanto-  
pere delectatus est Hieronymus, debemus Tertullia-  
no, apud quem sic legimus. lib. de cultu fœminarū.  
Aut quod minus habent, infelicissimæ illæ publica-  
rum libidinum victimæ? Item lib. ad martyres. Non  
in loca libidinum publicarum oculi tui impingunt.  
Et lib. 2. ad uxorem. Et procedit de ianua laureata

18 ANNOT. D. HENR. GRAVIS

& lucernata, ut de nouo consistorio libidinum publicarum. Item lib. de pallio, de spectaculis, de id latria, quos breuitatis gratia præterimus.

*Nefaria colluione violauit] Hoc Cyptiani est lib.*

*epistolar. 4. epist. 2. Sanctificatum corpus, & Dei i-*

*plum, detestabili colluione violauerit.*

Integra  
naue &  
mercibus

*Et hec ego non integris, rate, vel mercibus, nec gra-*

*ignarus fluctuum, & indoctus nauta, premouer] Infa-*

*ad Saluinam, Aliud est integra naue, & saluici-*

*bus, portum salutis intrare, aliud nudum herere ta-*

*bula, & crebris fluctuum recursibus ad alpemina*

*saxa collidi. Et Rustico. Quod quasi doctus nauta,*

*post multa naufragia, rudem coner instrueret victo-*

*rem. Hilarius non ita longe ab initio lib. 7. de Innati-*

*tate: Non ego nunc nauem è portu soluo, naufragii*

*ignarus, neque iter ineo, infestos nesciens latronibus*

*faltius, nec Libyæ arenas incertus, scorpiones volege*

*& aspides, & basiliscos adeisse transcurro. Vtique*

*respxisse videtur, ad Ciceronis simile, in oratione*

Charyb-  
dis.

*In illo æstu charybdis luxurie] Sic Aristoph. in Equi-*

*tibus, χάρυβδιν ἀεκταρύς, & Diogenes Cynicus,*

*apud Laërtium, ventrem appellat οἰού πάρεστι.*

*Ibi ore virginis, ad pudicitie perpetrando. infugia-*

*Scyllæum renidens.] Ad Rusticum monachum. Vi-*

*quo littore pudicitiae piratae sint nouensis, vbi charyb-*

*dis & radix omnium malorum auaritia, vbi Scyllæ*

*obtrectatores canes, quomodo in media tranquilli-*

*cate*

IN EPIST. I. AD HELIOD. 19

tate securi, Libycis interdum vitorum syrtibus obru-  
m, quod venenatorum animalium desertum huius  
seculi nutriat. Vtrobique allusio est, ad carmina Vir-  
giliana Aeneid. 3.

*At Scyllam cecis cohobet spelunca latebris,  
Ora exortantem, & naues in saxa trahentem.*

*Prima homini facies, & pulchro pectore virgo  
Pube tenus, postrema immani corpore pistrix,*

*Delphinum caudas, vetero commixta luporum.* ] Infra ad  
Intus inclusum est periculum, intus hostis.] Infra ad  
Eustochium. Hic hostis nobis (alias intus) inclusus  
est. Mutuatum videtur ex commentarijs Arnobij.  
in Psal. 141. Illud (inquit) quod nobis clamat Apo-  
stolus, Fugite fornicationem, nos surda aure transi-  
mus. Intus est enim malum, intus est hostis.

1. Cor. 6.

*Crucis antennafigatur in frontibus* ] Tertullianus  
lib. 3. in Marcionem. Nam & in antenna, que crucis  
pars est, extremitates cornua vocantur, Vnicornis  
autem media stipitis palus.

*Sufficit mihi conscientia mea*] Tritum in ore vulgi  
proverbium tempore Hieronymi, Meminit & huius  
in epistola ad Eustoch. & in Epist. ad matrem & filia.

*Sed de hoc gradu pulsus*] Proverbiale etiā & hoc est. De gradu  
Tertullianus lib. 4. aduersus Marcionem. Certe nihil pellere.

Ab hoc gradu arcendi sumus. Mamertinus in Pa-  
negyrico Iuliani. Nemo gradu pulsus.

*Christi corpus sacro ore conficiunt*] Et hxc phrasis  
haud rata est Hieron. Ad Euagriū, cuius initiu legi-  
mus. Ad quorum preces Christi corpus sanguisque  
conficitur. In commentarijs ad Tit. 1. vi non solum  
ab opere immundo abstineat, sed etiam à iactu  
oculi, & cogitationis errore, mens Christi corpus cō-  
fectura sit libera.

*Gaudeo de ascensu, timebo de lapsu*) Hanc senten-  
tiam

20 ANNOT. D. HENR. GRAVII

tiam pulcherrimo verborum ordine, copiosius et  
plicat in cap. 44. Ezech. Grandis dignitas sacerdotia  
sed grandis ruina eorum, si peccant. Latemur ad  
ascensum, sed timcamus ad lapsum. Non est tan  
gaudij excelsa tenuisse, quanti matoris de sublimi  
bus corruisse. Neque enim solum pro nostris delictis  
reddemus rationem, sed pro omnium quoniam abu  
timut bonis, & nequaquam sumus de eorum salute  
solliciti. Et in Dan. cap. 3. Excelsa periclitans illa,  
& situs corrunt, quae sublimia sunt. In aquila ad  
Demetriadem. Cuius quanto sublimior ascensus est,  
tanto lapsus periculosior. Claudianus lib. 1. in Ruf.  
Iam non ad culmina eorum iniustos cerni. Tolluntur  
Tolluntur in altum ut lapsu grauiote ruant. Mura  
Publ. Excelsis multo facilius casus nocet.

*Qui Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat.*  
Affinia sunt ijs, quæ legimus in commentarij Soph.  
cap. 3. Qui Episcopatum desiderat non dignitatem, si  
dixerit, bonū opus desiderat non dignitatem &c. videte quod  
tem de specie opere solam asperget dignitatem, cito  
corruit turris in Siloa, & excelsa cedri fulmine feru  
tur: & erecta ceruix frangitur: & cygnus crebro  
collo, in sublime se tendēs, inter immundas volutes  
computatur.

Vela pan  
dere.

Sed quoniam è scopulosis locis enauigauit oratio, &  
inter canas spumeis uelibus cautes fragilis in alijs  
ba processit, expandenda vela sunt ventis. Metaphora  
hanc à M. Cicerone mutuatam, Hieronymus suis  
scriptis venustissime inseruit, ac subinde. Adserit  
Heluidum. Sed quoniam iam è cautibus, & confus  
gosis locis, enauigauit oratio, pandenda sunt vela.  
Rursus in Epistola. Et vestris. Ad Pammachium, &  
Marcellam. Sed quoniam de confragosis locis & alij  
ris enauigauit oratio. Item cap. 38. Ezechiel. Depre  
sis vallibus & confragosis locis. In Olea cap. 10. Esse  
sumus vt cunque de confragosis locis, nunc in ultimi  
vula

vela tendentes allegoriat pelagus transeamus. Et in  
 p̄f. Abdiæ. Confragosum mare, & s̄culi recursos  
 gurgites transfretare. Mox in ip̄s commentarijs.  
 Quia iuxta hittoitā (vt potuimus) interpretati sumus,  
 & inter confragosos scopulos, nostram nauiculam  
 reximus, spiritualis intelligentia vela pandamus. In  
 Micheam. Quasi inter saxa, & acutissimos scopulos  
 nauiculam nostram reximus. In Nahum.ca.2. Quasi  
 inter saxa & scopulos, imminentे naufragio, cursum  
 flectere, & ne subito impingat attendere. Nec solum  
 Hieronymus, verum etiam Cyprianus & Ambrosius  
 hac Metaphora libentissime vñ sunt. Cyprianus qui-  
 dem ad Pompo.de virginib. Liberanda est vigilanter  
 de periculis locis nauis, ne inter scopulos & saxa  
 strangatur. Ambros. in Psal.118. Ex isto confragoso sco-  
 pulosoque deserto. Operæ pretium iam fuerit Cice-  
 ronis verba subiçere, è quibus præsens hunc meta-  
 phoricum loquendi modum sumpserunt. Cic. quest.  
 Tuscul.lib.4. E quibus quoniam tanquam è scopu-  
 losis cotibus enauigauit oratio, reliquæ disputationis  
 cursum teneamus. Et Verrin. In diuinatione. Intelli-  
 go quam scrupulo, difficile in loco verser. Pro  
 M.Celio. Sed quoniam emersisse iam è vadis, & sco-  
 pulis præteriecta videtur oratio mea, perfacilis mihi  
 reliquis cursus ostenditur. Ciceronem quoque imi-  
 tatur Drepan. in panegyrico Theodosij. Intelligo  
 quam difficilem in locum scopulosumq; deuenerim.  
 [Quid agis frater in seculo, qui maior es mundo.] Est  
 Cipriani in lib. de opere & eleemosynis. Qui s̄ecu-  
 lo ac mundo maiores esse iam cœpimus, cursum  
 nostrum nulla s̄culi ac mundi cupiditate tardemus.  
 Item Donato. Nihil appetere, iam nihil desiderare  
 de s̄culo potest, qui seculo maior est.  
 Libet sarcina corporis abiecta, ad purum ætheris ens-  
 lare fulgorem] Deductum è Pythagoræ aureis carmi-  
 nibus videtur. Τοῦ δὲ απελθίας τὸ μακρόθετον εἰλέυθε-

22 ANNOT. D. HENR. GRAVII

εν τοις, οσται αθανατοίς, θεοίς, μυστίοις, ἀγάλμασιν τοις.  
Θεότοις. Boëtius in fine libr. 2. de consolatione  
Sin vero bene sibi mens conscia, terreno carcere re-  
soluta, cœlum libera petit, nonne omne terrenum  
negotium spernet, quæ se cœlo fruens, terrenis que-  
det exemptam? Huc spectat quod scribit Hiero-  
minus in cap. 6. ad Ephes. Aiunt quidam & animas  
corporibus liberatas, si attenuata fuerint in praefundi-  
vita, & lima (ut ita dixerim) αποκριτος atque virtus  
tum in sublime corpus attritæ, non habientias in  
pinguioribus locis, sed Deo, qui incorporei est,  
vicinas fore. Si vero tales fuerint, de quibus dici  
possit, filij hominum usquequo graui, sua pingu-  
ma detrahi, & pinguedine prægrauari.

**Psal. 4.**

Super nudam metuis humum, exesa ieiunis mem-  
bra collidere? Sed Dominus iacet tecum.] Cypriani epistola ad Martyres & Confessores: Humi iace-  
fessa laboribus viscera? sed poena non est cum Chri-  
sto iacere.

Squalidi capitum horret insculpta Cesaries? sed igno-  
tum Christus est.] Et hoc quoque ex Cypriano re-  
bis formatum, Semitoni capitum capillus horridus?  
Sed cum sit caput viri Christus, qualecumque eis  
illud, deceat necesse est, quod ob Domini nomem  
insigne est. Vterque allusit ad Quintiliani verba  
declamatio. 5. Riget squalidi capitum cōcreta canities,  
vigor pristini vultus vacuis lumenibus intabuit.

Scabra sine balneis attrahitur cutis? Sed qui in Chi-  
sto semel lotus est, non illi necesse est iterum lumen  
Eadem imago sententiae apud Cyprianum, Squali-  
dent sine balneis membra, situ & forme deformata.  
Sed spiritualiter intus abluitur, quod foris canas-  
ter sordidatur.

Tribus ad tribum pectora ferient] Idem in cap. 14.  
Math. Et tunc plangent omnes tribus teuz. Plat-  
grat

gent (inquit) hi qui municipatum non habuere in cælis, sed scripti sunt in terra. Manifesta est allusio ad Zachariae dictum propheticum. cap. 12, iuxta editionē 70. Et plangent per tribus & tribus. Tribus David seorsum, & mulieres eorum seorsum. Tribus domus Iudæ seorsum, &c. Ibi nostra æditio habet. Et plangent terræ familiæ, & familiæ seorsum. Vide Homiliam Originis in Matth.

*Potentissimi quondam Reges, nudo latere palpabant.]* Cyprianus Donato. Quas superbus fores matutinus salutator obsedit, stipatus clientum cuncis, cum anceps palpator abscesserit, cum priuati latus nudum desertor allecla foedauerit.

*Hic est ille operarii & quæstuarie filius.]* Alij codices habent, fabri, & rectius. Desumpit enim istud Hieronymus à fine lib. Tertulliani de spectaculis. *Hic est ille (dicam) fabri & quæstuarie filius, sabbati destructor, Samarites, & dæmonium habens, &c.*

EPISTOLA SECUND<sup>A</sup>

## ARGUMENTVM.

Nepotianus, Heliodori ex sorore nepos, postulantem Hieronymo, quo modo is qui derelictis seculi negotiis monachus, aut clericus coepit esse, ne per abrupta viarum labatur, vitam institueret. Cui Hieronymus respondens, rectissimam viuendi formam praestribuit. Epistola quidem expatiatur in locum communem, dicens argumentationem aggreditur, proponens singula quæ zillationi clericorum conducant, quæ minime. Elegans et epistola, digna sanè quæ sacerdotum manibus. Personæ vita spacio teratur. Cirat Gratianus multa in exercitu Patrum ex hac epistola.

Hieronymus ad Nepotianum de vita  
clericorum & sacerdotum.



ET IS à me Nepotiane clarissime literis transmarinis, & libro petis: ut tibi breuia volumina digeram precepta vivendi, & qua ratione, qui seculi milia derelicta vel monachus coepit esse, vel clericus, eternum Christi tramitem teneat, ne ad diuersa vitorum diuerticula rapiatur. Dum essem adolescentis, imo penè puer, & primos impetus lascivitatis, eremii duritia refrenarem, scripsi ad auxilium tuum sanctum Heliodorum exhortatorium epistolam, plenam lachrymis querimonijisque, & quæ deserti sodalis monstraret affectum. Sed in illo opere pro etate tunc lusimus: & calentiores alacristico more depinximus. Nunc iam cano capite, & arata rugis fronte, & instar boum pendebus à ments.

amento palearibus, frigidus obfisit circum precor- 1. Georg.  
dia sanguis. Vnde & in alio loco idem Poëta canit:

Omnia fert etas, animum quoque. Et post modi- Eclog. 9.

cum: Nunc obliita mihi tot carmina, vox quoque  
Mærim, iam fugit ipsa. Quod ne de gentili tantum  
literatura proferre videamus, diuinorum volumi-  
num sacramenta cognoscere. David annos natus se- 3. Reg. 1.

ptuaginta, bellicosus quondam vir, senectute fri-  
gescente, non poterat calefieri. Queritur itaque  
puella de uniuersis filiabus Israël Abisag Sunamitis,  
qua cū rege dormiret, & senile corpus calefaceret.

Nonne tibi videtur, si occidentem sequaris literam, 2. Cor. 3.  
vel figmentum esse de mino, vel Atellanarum lu-  
dicra? Frigidus senex obuoluitur vestimentis, & studiora  
nisi complexu adolescentule non repescit. Viuebat  
adhus Bethsabee: supererat Abygail, & reliquæ 2. Reg. 3.  
uxores eius, & concubine, quas scriptura comme- 1. Reg. 25.  
morat. Omnes quasi frigide repudiantur, & in 2. Reg. 15.  
vnius tantum adolescentule grandevis calescit am- 16. 10.  
plexibus. Abraham multo David senior fuit, & Gen. 24.  
tamen viuente Sara, aliam non quæsivit vxorem. 25.

Isaac duplices David annos habuit: & cum Rebec- Gen. 35.  
ca iam vetula nunquam friguit. Taceo de priori-  
bus ante diluuium viris, qui post annos nongentos, Gen. 5.

non dico senilibus, sed pènè iam cariosis artibus, ne-  
quaquam puellares quæsiere amplexus. Certe Moyses Deut. 34.  
Dux Israëlitici populi, centum & viginti annos ha-  
bebat, & Sephoram non mutauit. Quæ est igitur Exod. 1.  
ista Sunamitis uxor, & virgo: tam feruens, ut fri-

## 26 EPIS. HIER. AD NEPOTIA.

Pro. 4. gidum calefaceret : tam sancta , ut calentem &  
 libidinem non prouocaret ? Exponat sapientia  
 Salomon patris sui delitias , & pacificus bellatorum ve-  
 ri narret amplexus . Posside sapientiam , posside in-  
 telligentiam . Ne obliuiscaris , quae declinatur a  
 verbis oris mei . Neque derelinquas illam , & appre-  
 hendet te : ama illam , & seruabit te . Principium sa-  
 pientiae posside sapientiam : & in omni possestione tua  
 posside intelligentiam : circunda illam , & exaltabis  
 te : honora illam . & amplexabitur te , ut de capite  
 tuo coronam gratiarum . Corona quoque delitiorum  
 protegat te . Omnes penè virtutes corporis mutantur  
 in senibus , & crescente sola sapientia , decrescentur ca-  
 teræ , ieunia , vigiliae , & eleemosynæ , chameunia , hu-  
 illusq; discursus , peregrinorum susceptio , defensio  
 pauperum , instantia orationum , perseverantia , vogu-  
 tatio languentium , labor manuum , unde prebeatur  
 eleemosyna , Et , ne sermonem longius proraham ,  
 cuncta , que per corpus exercentur , fracto corpore ,  
 minora sunt . Nec hoc dico , quod in iuuenibus , &  
 adhuc solidioris etatis , his duntaxat , qui labore , &  
 ardentiissimo studio , vita quoque sanctimonia , & o-  
 rationis ad Dominum Iesum frequentia , scientiam  
 consequuntur , frigeat sapientia , que in plenisq; se-  
 nibus estate marcescit : sed quod adolescentia multa  
 corporis bella sustineat , & inter incentua vitorum ,  
 & carnis titillationes , quasi ignis in lignis viridis  
 suffocetur , & suum non possit explicare fulgorem .  
 Senectus vero rursus eorum , qui adolescentiam suam  
 honestis

honestis artibus instruxerunt, & in lege domini me- Psal.  
 ditati sunt die ac nocte: etate fit doctior, & su tritior  
 processu temporis sapientior, & veterum studiorum  
 dulcissimos fructus metit. Vnde & sapiens ille vir  
 Græcie Themistocles, cum expletis centum & septem  
 annis, se mori cerneret, dixisse fertur, se dolere, quod  
 tunc egredere tur est vita, quād sapere cœpisset. Pla- Cic. de  
senect.  
 to octogesimo primo anno scribens, mortuus est. Et  
 Iſocrates nonaginta & nouem annos in docendi scri-  
 bendi labore compleuit. Taceo ceteros Philosophos,  
 Pythagorā, Democritū, Xenocratē, Zenonem, Cleā-  
 them, qui iā etate longeua in sapietie studijs florue-  
 rūt: ad Poëtas venio, Homerū, Hesiodum, Simonidē,  
 Stesichorum, qui grandes natu, cygneum nescio quid  
 & solito dulcius, vicina morte cecinerunt. Sophocles, Sophoc.  
 cum propter nimiam senectutem, & rei familiaris  
 negligentiam, à filiis accusaretur amentie: Oedipi fa-  
 bulam, quam nuper scripscrat, recitauit iudicibus: &  
 tantum sapientie, in etate iam fracta specimem de-  
 dit, ut severitatem tribunalium in theatri fauorem  
 verteret. Nec mirum, cum etiam Cato Censorius, Cato Ce-  
sarius.  
 Romani generis disertissimus, iam & senex Græcas  
 literas discere nec erubuerit, nec desperauerit. Certè  
 Homerus refert, quod de lingua Nestoris iam vetu- Iliad. 1.  
 li, & pene decrepiti, dulcior melle oratio fluxerit.  
 Sed & ipsius nominis Abisag Sacramentum, sapien-  
 tiā senum indicat ampliorem, interpretatur enim  
 pater meus superfluius, vel patris mei rugitus. Verbum  
 superflui ambiguum est, sed in presenti loco virtutē  
sonat,

28 EPIS. HIER. AD NEPOTIA.

sonat. quod amplior sit in sensibus, & redundantia  
larga sapientia. In alio autem loco superflua, quae  
non necessarius ponitur. Ab his ag autem id est, rursum  
proprie nuncupatur, tamen cum maris fluctus resonat, &  
ut ita dicam, de pelago veniens fremitus auditur. Es-  
quo ostenditur abundantissimum, & ultra humanum  
vocem diuini sermonis in sensibus tonitruam conno-  
tari. Porro Sunamitis in lingua nostra, coccina de-  
signatur: ut significet calere sapientiam, & diuinatio-  
ne feruere, quod licet dominici sanguinis indicet Se-  
cramentum, tamen & feruorem ostendit sapientie.

Gen. 38.

Vnde et obstetrix illa in Genesi coccinum ligatum ma-  
nu Phares, qui ab eo, quod parietem diuiserat, dum  
antè populos separantem, diuisoris, id est Phares, se-  
titus est nomen. Et Rahab meretrix in typoe ecclesie  
resticulam mysterium sanguinis continentem, &

In veritate codice addi-  
tur: in fine. stra domus  
Hiericho pereunte, domus eius saluaretur, apparet.  
Vnde & in alio loco de viris sanctis scriptura comme-  
morat. Hi sunt, qui venerunt de calore domus patri-  
sua.

1. Par. 2. i

Rechab. Et Dominus noster in Euangelio: Ignem, in-  
quit, veni mittere in terram, & quam volo, ut a-  
deat. Qui in discipulorum corda succensus, cogebat

Luc. 12.

eos dicere: Nonne cor nostrum ardenserat in nobis,  
dum loqueretur in via, & aperiret nobis scripturas?  
Quorsum haec tam longo repetita principio? Ne à me  
queras: pueriles declamationes, sententiarum festi-  
los, verborum lenocinia, & per fines capitulorum sin-  
gulorum acuta quedam breuiter, conclusa, que &  
plausus, & clamores excitet audientium. Amplect-

Luc. 24.

DE VITA CLER. ET SAC. 29

tur me modo sapientia: & Abisac nostra, que nunquam senescit, in meo requiescat sinu. In polluta est, virginitatisq; perpetua, & que in similitudinem Marie, cu quotidie generet, semperq; perturbiat, in-  
corrupta est. Hinc recr dixisse Apostolum: Spiritu Rom. 12.  
feruentes: Et in Euangelio Dominum prædicasse,  
quod in fine mundi, quando iuxta Prophetam Za- Zach. 11.  
chanam, stultus pastor esse cœperit, sapientia de-  
crescente, refugeset charitas multorum. Audi igi- Mat. 24.  
tur, ut beatus Cyprianus ait, non diserta, sed fortia.  
Audi fratrem collegio, patrem senio, qui te ab incu-  
nabili fidei usque ad perfectam ducat etatem, &  
per singulos gradus viuendi precepta constituens in  
te ceteros erudiat. Scio quidem ab auunculo tuo  
beato Heliodoro, qui nunc pontifex Christi est, te, &  
didicisse, que sancta sunt, & quotidie discere: nor-  
maniq; vite eius, exemplum habere virtutum. Sed  
& nostra, qualiacunque sunt, suscipe, & libellum  
bunc, libello illius copulato, ut, cum ille te monachum  
erudierit, hic clericum doceat esse perfectum. Igitur  
clericus, qui Christi seruit ecclesia, interpretetur pri- εληπτος  
mo vocabulum suum, &, nominis definitione prola-  
ta, nitatur esse, quod dicitur. Si enim clerici, κληρον  
sors Latini appellatur, propterea vocantur clerici,  
vel, quia de sorte sunt Domini, vel, quia ipse Domi-  
nus sors id est, pars, clericorum est. Qui autem, vel  
ipse pars Domini est, vel Dominum partem habet,  
talem se exhibere debet, ut & ipse possideat Domini-  
num, & possideatur a Domino. Qui Dominum possi-  
det. &

30 EPIST. HIERO. AD NEPOT.

Psal. 15.  
72. 118.

det, & cum Propheta dicit, pars mea Dominus, n*u*  
extra Dominum habere potest. Quod si quipiam  
liud habuerit pr̄eter Dominum, pars eius non en-  
Dominus. Verbi gratia: Si aurum, si argentum, si po-  
sessiones, si variam suppellec̄tilem, cum illis partici-  
Dominus pars eius fieri non dignabitur. Si autem ega-

Deut. 32. pars Domini sum, & funiculus hereditatis eius: ne

Deut. 18. accipio partem inter ceteras tribus, sed quasi Leuita,

Num. 18. & Sacerdos viuo de decimis: & altari servient, al-

taris oblatione sustentor: habens victimū & vestitū  
his contentus ero: & nudam crucem nudus sequar.  
Obsecro itaque te, & repetens iterumq; iterumq;  
monebo, ne officium clericatus genus antique nulli-  
tiae putas, id est, ne lucra seculi in Christi queras mi-  
litia: ne plus habeas, quam quando clericus esse cepe-

Hierem. sti, & dicatur tibi: Cleri eorum non proderunt ei.

12. iuxta 70. Nonnulli enim sunt ditiores monachi, quam fuerāt

seculares: & clerici, qui possideant opes sub Christo  
paupere, quas sub locuplete, & fallace diabolo non  
habuerant, ut suspiraret eos Ecclesia dñitites, quos mī-  
dus tenuit ante mendicos. Mensulam tuam paupe-  
res & peregrini, & cum illis Christus consumā noue-  
rit. Negotiatorem clericum, & ex inope dñititem, ex

1. Cor. 15. ignobili gloriosum, quasi quandam pestem fuge. Cor-

Menāder rumpunt mores bonos confabulationes pessime. Tu  
aurum contemnis, alius diligit: tu calcas opes, ille se-  
ctatur: tibi cordi est silentium, mansuetudo, secretū  
illi verboſitas, attrita frons, cui nundinæ, foras placet  
& plateæ, ac medicorum taberne. In tanta morum  
discor-

discordia, quæ potest esse concordia? hospitiolum tuū <sup>hospitium.</sup>  
 aut raro, aut nunquam mulierum pedes terant. Om <sup>Fuga ma-</sup>  
 nes puellas, & virgines Christi, aut equaliter igno-  
 ra, aut equaliter dilige. Ne sub eodem tecto mansi-  
 ter: nec in præterita castitate confidas. Nec sanctior <sup>Psal. 88.</sup>  
 David, nec Sansone fortior, nec Salomone potes esse <sup>AQ. 15.</sup>  
 sapientior. Memento semper, quod paradyfi colo- <sup>3. Reg. 3.</sup>  
 num de possessione sua mulier elecerit. Aegrotanti <sup>4.</sup>  
 tibi quilibet sanctus frater assistat, & germana, vel  
 mater, aut probat & quilibet apud önes fidei. Quod  
 si huiusmodi non fuerint consanguinitatis, castimo-  
 nieq; personæ, multas anus nutrit Ecclesia, quæ &  
 officium prebeant, & beneficium accipient ministri-  
 strando, ut infirmitas quoque tua fructum habeat  
 eleemosyne. Scio quosdam conualuisse corpore, &  
 animo egrotare cœpisse. Periculose tibi ministrat,  
 cuius vultum frequenter attendis. Si propter officium <sup>Colloquia</sup>  
 clericatus, aut vidua à te visitatur, aut virgo, nun- <sup>solitaria.</sup>  
 quam domum solus introeas. Tales habeto socios quo-  
 rum contubernio non infameris. Si lector, si acolytus,  
 si psalter te sequitur, non ornentur veste, sed mori-  
 bus: nec calamistro crispen comas, sed pudicitiam  
 habitu polliceantur. Solus cum sola secreto, & absq;,  
 arbitrio, vel teste, non sedeas. Si familiarius est ali-  
 quid loquendum: habet nutricem maiorem domus,  
 virginem, viduam, vel maritatam: non est tam in-  
 humana, ut nullum præter te habeat, cui se audeat  
 credere. Caueto omnes suspiciones, & quicquid pro-  
 babiliter singi potest, ne singatur, ante deuita. Cre-  
 bra

Munuscula  
la suspe-  
cta.

1 & oblates  
Amatorū  
ineptia.

2 Pudet di-  
cere: sacer-  
dotes idolo-  
rum.

1 & prohibe-  
tur.

Clerici  
exhære-  
dantur.

Deliciae  
clericorum.

bra munuscula, & sudariola, & fasciolas, & ueste  
ori applicatas, ac degustatos cibos, blandasq;,  
dulces literulas, sanctus amor non habet. Mel me-  
lumen meum, meum desiderium, omnes delitias, &  
lepores, & risu dignas urbanitates, & ceteras ine-  
ptias amatorum, in comœdijs erubescimus in facu-  
li hominibus detestamur: quanto magis in monachis,  
& in clericis, quorum & Sacerdotium proposito, &  
propositum ornatur Sacerdotio? Nec hoc dico, quod,  
aut in te, aut in sanctis viris ista formidem, sed quod,  
in omni proposito, in omni gradu, & sexu, & boni,  
& mali reperiantur, malorumq; condemnatio, lana

bonorum sit. Sacerdotes, dicere pudet idolorum, mi-  
mi, & aurige, & scorta, hereditates capiunt, sola-  
clericis, & monachis prohibetur, non à persecutio-  
ribus, sed à principibus Christianis. Nec de lege con-  
queror, sed doleo, cur meruerimus hanc legem. Can-  
terium bonum est, sed quod mihi vulnus, vt indigea-  
cauterio? Prouida seueraq; legis cautio, & tamen  
nec sic refrenatur avaritia. Per fidei commissa legi-  
bus illudimus: & quasi maiora sint Imperatorum sc-  
ita, quam Christi, leges timemus, Euangelia contem-  
nimus, Sit heres, sed mater filiorum, id est, gregis sui  
Ecclesia, que illos genuit, nutrita & pauit. Quid nos  
inserimus inter matrem & liberos? Gloria Episcopi  
est pauperum inopie prouidere. Ignominia omnium  
Sacerdotum est, proprijs studere diuitijs. Natus in  
paupere domo, & tugurio rusticano, qui vix nubo, &  
cibario pane, rugientem saturare ventrem poteram,

nunc

nunc similam, & mella fastidio. Noni & genera, &  
nomina piscium, in quolittore conchalecta sit calleo,  
saporibus aquum discerno prouincias, & ciborum<sup>\*</sup> me <sup>preciosiorum</sup>  
rarietas, ac nonissime damna ipsa delectant. Audio <sup>Captato-</sup>  
preterea in senes & anus absq<sub>z</sub> liberis, quorundam <sup>res telta-</sup>  
turpe seruitum. Ipsi apponunt matulam, obsonent  
lectū, purulentiam stomachi, et flegmata pulmonis  
manu propria suscipiunt. Pauent ad introitum me-  
dicis, tremenibusq<sub>z</sub> labijs, an commodus habeant,  
sciscitantur, & si paululum senex vegetior fuerit,  
periclitatur, simulatq<sub>z</sub> letitia, mens intrinsecus au-  
ta torquetur. Timent enim, ne perdant ministerium  
& viuacem senem, Mathusalem<sup>\*</sup> annis comparant.  
O quanta apud Deum merces, si in presenti pretiū  
non sperarent. Quantis sudoribus hereditas cassa  
expetitur? minore labore margaritum Christi emi-  
poterat. Diuinās scripturas sepius lege, imo de ma-  
nibus tuis nunquam sacra lectio deponatur. Disce, <sup>Studia &</sup>  
quod doceas: obtine eum, qui secundum doctrinam <sup>doctrina.</sup>  
est, fidem sermonem, ut possis exhortari in doctri-  
na sanz, & contradicentes reuincere. Permane in Tit. i.  
his, que didicisti, & credita sunt tibi, sciens, à quo  
didiceris: paratus semper ad satisfactionem, omni <sup>2. Tim. 3.</sup>  
poscenti rationem, de ea, que in te est, spe, &  
fide. Non confundant opera tua sermonem tuum:  
ne, cum in ecclesia loqueris, tacitus quilibet re-  
spondeat, cur ergo hec, que dicas, ipse non facis?  
Delicatus magister est, qui pleno ventre de iejunij  
disputat. Accusare auaritiam & latro potest.

## 34 EPIST. HIERO. AD NEPOT.

Sacerdotis Christi os , mens , manusq; concordent-  
**Episcopus** Esto subiectus pontifici tuo , & quasi anime paren-  
**pater, nō** tem suscipe . Amare filiorum, timere seruorum est.  
**dominus.**  
**Malach. i.** Si pater sum (inquit) ubi est honor meus ? Si Domi-  
nus ego sum , ubi est timor meus ? Plura tibi in e-  
dem viro obseruanda sunt nomina : Monachus, Pon-  
tifex , auunculus tuus , qui te iam in omnibus , qua-  
sancta sunt , docuit . Illud etiam dico , quod Episco-  
pi Sacerdotes se esse nouerint , non dominos: heu-  
rent clericos , quasi clericos , vt & ipsis a clericis ,  
quasi Episcopis honor deferatur . Scitum est illud  
oratoris Domitij : Cur ego te ( inquit ) habeam , &  
**Principem** , cum tu me non habeas ut Senatorum ?  
**Quod Aaron & filios eius** , hoc Episcopum & Pri-  
**Ephes. 4.** sbyteros esse nouerimus . Vnus Dominus , vnum ten-  
**1. Cor. 12.** plum , vnum sit etiam ministerium . Recordemur  
**1. Pet. 5.** semper quid Apostolus Petrus precipiat Sacerdoti-  
bus : Pascite eum , qui in vobis est , gregem Domini ,  
**1. Col. 14.** prouidentes non coacte , sed spontanee , secundum  
Deum , neque turpis lucri gratia , sed voluntati:  
neque vt dominantes in clerum , sed forma facti ge-  
gi ex animo , vt cum apparuerit Princeps pastori ,  
percipiatis immarcessibilem glorie coronam . Pe-  
m.e consuetudinis est in quibusdam Ecclesiis , tacere  
Presbyteros , & presentibus Episcopis non loqui ,  
quasi aut iniudeant , aut non dignentur audire . El-  
si alijs (inquit Apostolus Paulus) fuerit reuelatum fe-  
denti , prior taceat . Potestis enim per singulos pro-  
phetare , vt omnes discant , & omnes consolentur ,  
& stim-

Et spiritus Prophetarum, Prophetis subiectus est.  
 Non enim dissensionis Deus, sed pacis. Gloria patris Pro. 10. 15  
 est filius sapiens. Gaudet Episcopus iudicio suo cum  
 tales Christo elegerit sacerdotes. Docente te in Ec- Cōciones  
 clesia, non clamor populi, sed gemitus suscitetur. La- Episcopi.  
 chryme auditorum, laudes tuæ sint. Sermo presby-  
 teri, scripturarum lectione conditus sit. Nolo te de-  
 clamatorem esse, & rabulam, garrulumq; sine ratio-  
 ne, sed mysteriorum peritum, & sacramentorum  
 Dei tui eruditissimum. Verba voluere, & celeritate  
 dicendi apud imperitum vulgus admirationem sui  
 facere, in doctorum hominum est. Attrita frons in-  
 terpretatur sepe, quod nescit, & cum alijs persuase-  
 rit, sibi quoque usurpat scientiam. Preceptor quon-  
 dam meus Nazianzenus rogatus à me, ut expone- Greg. Na-  
 ret, quid sibi vellet in Luca sabbatum ευτρέποντες- ziazenus.  
 re eleganter lusit, docebo te, inquiens, super hac Luc. 6.  
 rein Ecclesia: in qua mihi omni populo acclamante,  
 cogeris inuitus scire quod nescis: Aut certe si solus  
 tacueris, solus ab omnibus stultus condemnaberis.  
 Nihil tam facile quam vitem plebeculam, & indo-  
 etiam concionem, lingue volubilitate decipere, que  
 quicquid non intelligit, plus miratur. M. Tullius,  
 in quem pulcherrimum illud elogium est: Demosthe-  
 nes tibi precepit, ne es es primus orator: tu illi, ne  
 solus, in oratione pro Q. Gallo, quid de fauore vulgi,  
 & de imperitis concionatoribus loquatur attendi: ne  
 his fraudibus laudaris. Loquor enim, que sum ipse  
 super expertus. Unus quidam Poëta nominatus, ho-

Cultus  
qualis.

Capitato-  
res.

tribuas.  
recondas.

Prouerb.  
Vir. eclo.

8.

1. Cor. 12.

mo perliteratus, cuius sunt illa colloquia poët. trā  
ac philosophorum, cum facit Euripidem & Menan-  
drum inter se, & in alio loco Socratem atque Epicu-  
rum diss. rentes, quorum etates, non amis, sed se-  
culis scimus esse disiunctas, quātos is plausus & clā-  
mores mouet? Multos enim condiscipulos habet in  
theatro, qui simul literas non didicerant. Vester  
pullas & quē deuita, ut candidas. Ornatus, vt for-  
des, pari modo fugiende sunt: quia alterum deliciat,  
alterum gloriam redolet. Non absque amictu linea-  
cedere, sed precium vestium linearum non habere  
tandabile est. Alioquin ridiculum & plenum dedi-  
ctoris est referto marsupio quod sudarium orariari  
non habeas gloriari. Sunt qui pauperibus paulo  
tribuunt, ut amplius accipient, & sub pretextu ele-  
emosynæ, querunt diuitias, que magis venatio ap-  
pellanda est, quam eleemosynæ genus. Sic bestie, sic  
aues, sic capiuntur & pisces. Modica in hanc res ca-  
ponitur, ut matronarum in eo sacculi protrahantur.  
Sciāt episcopus, cū commissa est ecclesia, quem di-  
spensationi pauperum, cur eq̄, preficiat. Melius est,  
non habere, quod tribuam, quam impudenter pete-  
re, quod recondam. Sed & genus arrogantis est, de-  
metiorem te velle videri, quam pontifex Christi est,  
Non omnia possumus omnes. Alius in Ecclesia oculū  
est, alius lingua, alius manus, alius pes, auris, ventri,  
&c. et. Lege Pauli epistolam ad Corinthios, que-  
modo diversa membra unum corpus efficiunt. Ne  
rustiens tamen & simplex frater ideo se sanctū  
paret,

DE VITA CLER. ET SAC. 37

putet, si nihil nouerit: nec peritus & eloquēs lingua,  
estimet sanctitatē. Multoq; melius est ē duobus  
imperfectis, rusticitatem sanctam habere, quā cla-  
quentiam peccatrice. Multi edificant parietes, & Aurū in  
templo.

colinas Ecclesie substruunt, marmorā nitent, auro  
splendent laquearia, gēmis altare distinguitur, &  
ministrorū Christi nulla electio est. Neque vero mi-  
hi aliquis opponat, diues in Iudea templū, mensam,  
lucernas, thuribula, patellas, scyphos, mortariola, &  
cetera ex auro fabrefacta. Tunc h̄ec probabantur à  
Domino, quando sacerdotes bestias immolabant, &  
sanguis pecudū erat redemptio peccatorum. Quan-  
quā h̄ec omnia precesserint in figura: Scripta sunt  
autem propter nos, in quos fines seculorū deuen-  
runt. Nunc vero cum paupertate domus sue pau- 1. Cor. 10.

per Dominus dedicarit, cogitemus crucē eius, & Luc. 16.  
diuitias lutū putabimus. Quid miramur, quid Chri-  
stus vocat iniquū mammona? Quid suspicimus, &

amamus, quod Petrus se nō habere gloriose testatur?  
Alsoquin si tantum literā sequimur, & in auro Act. 3.

atque diuitijs simplex nos delectat historia, cū au-  
ro obseruemus & cetera. Ducant pontifices Chri-  
sti uxores virgines: Leuit. 21.

cicatricē habuerit, & deformis est, priuetur sacer-  
dotio, lepra corporis, anime vitis preseratur: Cres-  
camus & multiplicemur, & repleamus terrā, nec Leuit. 21.

immolementus agnū, nec mysticum pascha celebremus,  
quia h̄ec absque templo fieri lege prohibentur. Figa-  
mus septimo mense tabernaculū, & solempne iei- 22.

Dominus Ge. 1.8.9.  
nium Exod. 12.

23. 34.  
Deut. 14.

16.  
Leuit. 1.

1. Cor. 5.  
Leuit. 23.

Ioel. 2.

38 EPIS. HIER. AD NEPOTIA.

nium buccina concrepemus. Quod si hec omnia spiritu  
tualibus spiritualia comparates, scientesq; cū Paulo,  
quod lex spiritualis est, et David verba cantans: Re-

Rom. 7.  
Psal. 118.

uela oculos meos, et considerabo mirabilia de lege tua;

Mat. 12.  
Mar. 2.3.  
Luc. 6.

et interpretatus est sabbatum, aut aurū repudiemus  
cū ceteris superstitionibus Iudeorū: aut si aurū pla-

Cōuiuia.

cet, placeat et Iudei, quos cū auro aut probare nolis  
necessē est, aut dānare. Cōuiuia tibi vitāda sunt se-

cularium, & maximē eorum, qui honoribus sumit.  
Turpe est ante fores sacerdotis Christi crucifixi, &  
pauperis, & qui cibo quoque vescebatur alieno, li-

ctores Consulum & milites excubare: iudicemus

provincie melius apud te prandere, quam in pala-

Fuga ma-  
gnatum.

tio, quod si obtenderis te facere hoc, ut roges pro mi-  
seris, atque subiectis, iudex seculi plus deferet cle-

Iacobos &  
phialas.

rico continent quām diuiti: & magis sanctitatem  
tuā venerabitur quām opes. Aut, si talis est, quin  
audiat clericos pro quibuslibet tribulatis, nisi inve-

Psal. 117.  
Tit. 1.10.

phialas †, libenter carebo huiuscmodi beneficia. Cr-  
istum rogabo pro iudice, qui magis & citius sub-

Abstinen-  
tia vini.

uenire potest quām iudex. Melius enim est confide-  
re in Domino, quām confidere in homine. Melius es-

tit. 3.  
Tit. 11.

sperare in Domino, quām sperare in Principiis.  
Nunquam vinū redoleas, ne audias illud philosophi-

Levit. 10.  
Ezecl. 44.

Hoc non est osculum porrigere, sed vinū propinare.  
Violentos sacerdotes & Apostolus damnat, & tu-

Sicera.

tus lex prohibet: Qui altario deseruiant, vinū & fer-  
ceram non bibat. Sicera Hebreo sermone omnia pe-

gs

tio nuncupatur, que inebriare potest, siue illa, que  
frumento coſicitur, siue pomorum succo, aut cuſ faui  
decoquuntur in dulcem & barbarem potionem, aut  
palmarum fructus exprimuntur in liquorem, coctisq;  
frugibus aqua pinguior coloratur. Quicquid inebriat  
& statim mentis euertit, fuge ſimiliter, ut vinum.

Nec hoc dico, quod Dei à nobis creatura damnetur  
(ſquidem & Dominus vini potator est appellatus: Mat. 11.  
& Timotheo dolenti ſtomachum, modica vini ſorbi-  
tio relaxata eſt) ſed modum pro etatis, & valetudi-  
nis, et corporū qualitate exigimus in potādo. Quod ſi  
abſque vino ardeo, & ardeo adoleſcētia, & inflam-  
matione calore ſanguinis, & ſucculēto validoq;  
ſum cor  
pore, libēter carebo poculo, in quo ſuſpicio veneni eſt.

Pulchre dicitur apud Gr̄cos, & nescio an apud nos  
& que reſonet: Pinguis vēter non gignit mente tenuē.  
Tantum tibi ieuniorum modum impone, quantum

ferre potes. Sint tibi pura, caſta, ſimplicia, modera-  
ta & non ſuperſlitioſa ieunia. Inedia

Inedia  
veſci, et moleſtias quas dā difficultatesq;  
ciborū que-  
rere, tarycas, pyper, nuces, palmarū fructus, ſimilam,  
mel, piſtacia? Tota hortorū cultura vexatur, ut ciba  
rio nō veſcamur pane: et dū delicias ſectamur, à re-  
gno calorū retrahimur. Audio præterea quos dā cōtra  
rerum, hominumq;  
naturā, aquam non bibere, nec  
veſci pane, ſed ſorbitiunculas delicateſ, et contrita  
olera, betarumque ſuccum non calice ſorbere, ſed  
in epijs, nec tēdet ſuperſtitioſi? Inſuper etiam

## 40 EPIS. HIER. AD NEPOTIA.

famam abstinentie in deliciis querimus. Fortissimum  
ieiunium est aqua & panis: Sed quia gloria non  
habet, & omnes pane et aqua vivimus, quasi publicum & commune, ieiunium non putatur. Causa ne  
hominum rumulos aucepere: ne offendam Dei  
populorum laude commutes. Si adhuc (inquit Apo-  
stolus) hominibus placet, Christi seruus non esse.  
Desit placere hominibus, et seruus factus est Christi.  
Per bonam famam & malam a dextris & a sinistris  
Christi seruus graditur, nec laude extollitur, nec ex-  
tuperatione frangitur: Non diutius tumet, non con-  
trahitur paupertate, & lata contentus & tristis:  
Per diem sol non vrit eum, neque luna per noctem.  
Nolo te orare in angulis platearum, ne rectu itet

**Psal. 110.**  
**Matt. 6.**  
Cultus su-  
perstitio-  
fus.  
**Mat. 23.**  
**Mat. 7.22**

precum tuarum, frangat aura populis. Nolo te di-  
latare fimbriaz, & ostentui habere phylacteria, &  
consciencia repugnante, pharisaica ambitione circu-  
dari. Quanto melius erat, hec non in corpore, sed  
in corde gestare, & Deum habere sicutorem, non a-  
spectus hominum? Inde pendet Euangelium, inde lex  
& prophete, siue sacra & apostolica doctrina. Me-  
lius est enim haec omnia in mente portare, quam  
corpo. Fidelis mecum lector intelligis, quid tacet,  
& quid magis tacebo loquar. Tot te regule, quot  
species gloriarum percurrant. Vis scire quales Domi-  
nus querat ornatus? Habeto prudentiam, inserviam,  
temperantiam, fortitudinem. His celi plegia include-  
re, hec te quadriga velut aurigam Christi, ad me-  
ta concita ferat. Nihil hoc monilia preciosius, nihil  
huc

tal: tot sunt  
regulae, quae  
species glo-  
riarum.

hac gemmarum varietate distinctius. Ex omni parte decoraris, cingeris atque protegeris, & ornamento tibi sunt, & tutamini, gemme vertuntur in scuta. Cae que quoque ne aut linguam, aut aures habetas prurientes, id est, ne aut ipse alijs detrahias, aut alios audias detrahentes. Sedens, inquit, aduersus fratrem tuum: loquebaris, & aduersus filium matris tuę ponebas scandalum: hoc fecisti & tacui. Existimasti iniquę, quod ego ero tui simulis, arguante, & statuam contra faciem tuam. Parte à detractione lingue, custodi sermones tuos, & scito, quia per cuncta, que de alijs loqueris, tua conscientia iudicaris, & in his ipse deprehenderis, que in alijs arguebas. Neque vero illa iusta est excusatio, referentibus aliis iniuriam facere non possum. Nemo iniuto auditori libenter refert. Sagitta in lapidem nunquam figitur, interdum resiliens percudit dirigentem. Discat detractor, dum te videt non libenter audire, non facile detrahere. Cum detractoribus, ait Salomon, ne miscearis: quoniam reprehente veniet perditio eorum, & ruinam utriusque quis nouit? tam videlicet eius qui detrahit, quam illius, qui aurem accommodat detrahenti. Officium est visitare languentes, nosse domos matronarum, ac liberos earum, & nobilium virorum custodiens secreta. Officium tui est, non solum occultare castos seruare, sed & linguam. Nunquam deformis mulierum disputes, nec quid agatur in alia, domus alia per te nouerit. Hippocrates adiurat di-

Obreductio.

Psal. 49.  
detrahendasMat. 7.  
Luc. 6.  
Rom. 2.Detractor  
Pro. 24.Silentium  
non ignorare

Hippocr.

D S scipulos

## 42 EPIST. HIERO. AD NEPOT.

scipulos suos, antequā doceat, & in verbis suis iuste  
re compellit, extorquet Sacramento silentium, (et  
monem, incessum, habitum, moresq; prescribi-  
modicina

Quanto magis nos, quibus animarum cura & con-  
musa est, omnium Christianorum domos debemus  
amare, quasi proprias? Consolatores potius nos a  
memoribus suis, quam consuas in profleris nouemus.

Facile contemnitur clericus, qui sepe vocatus ad  
prandium, ire non recusat. Nunquam penentes  
raro accipiamus rogati. Beatus est enim dare quem  
accipere. Nescio quo enim modo etiam ipse qui de-  
precatur ut tribuat: cum acceperis reliquias ad  
iudicat: & mirum in modum si eum rogantem

contempseris, plus, te posterius venerabis. Pz-  
dicator continentie nuptias ne conciliet. Qui Apo-  
stolum legit, superest ut qui habent uxores, sic sint:  
quasi non habeant: cur virginem cogit ut nubat?

s. Cor. 7. Qui de monogamia sacerdos est, quare viduam bot-  
tatur, ut digama sit? Procuratores, & dispensato-  
res domorum alienarum, atque villarum, quomodo  
possunt esse clerici, qui proprias iubentur contemne-  
re facultates? Amico quippiam rapere factum est:  
Ecclesiam fraudare sacrilegium est. Accepisse, quod  
pauperibus erogandum sit, & esurientibus plurimis  
vel cautum esse velle vel timidum: aut quod aperte  
rissimi sceleris est, aliquid inde subtertere, omnium  
predonum crudelitatem superat. Ego fame tor-  
queor, & tu iudicas, quantum ventri meo satis  
fit? Aut diuide statim, quod acceperis, aut si timi-

Abstine-  
tia à mu-  
neribus.  
Act. 10.

Universum.

A negotijs  
profanis.

modicii

dus dispensator es dimitte largitorem, ut sua <sup>tua sponte.</sup> ipse  
distribuat. Nolo sub occasione mea sacculus tuus  
plemus sit. Ne mo me melius mea seruare potest. Op-  
timus dispensator est, qui sibi nihil reseruat. Co-  
gisti me Nepotiane charissime, lapidato iam virgi-  
natus libello, quem sancte Eustochio Romae scri-  
psoram, post annos decem rursus Bethlehem ora-  
re, & confodiendum me linguis omnium  
prodere. Aut enim nihil scribendum fuit, ne ho-  
minum iudicium subiremus, quod tu facere prohi-  
busisti: aut scribentes nosse cunctorum aduersum nos  
male dicorum tela torquenda. Quos obsecro, ut  
quiescant, & desinant maledicere. Non enim ut  
aduersariis, sed ut amicis scripsimus. Nec in uecti-  
sum in eos, qui peccant, sed ne peccent, monui-  
mus. neque in illos tantum, sed & in nosipso se-  
ueri iudices sumus. Volentesq; festucam de oculo al-  
terius tollere, nostram primum trabem eiecmus.  
Nullum lexi, nullius nomen mea scriptura designa-  
tum est. Neminem specialiter meus sermo pulsauit.  
Generalis de vitijs disputatio est. Qui mibi irasci  
voluerit, ipse de se, quod talis sit, confitebitur.  
<sup>†caſuum.</sup>

Mat. 7.  
Luc. 6.

AN-

## ANNOTATIONES IN EPISTO-

LAM AD NEPOTIANUM.

**P**Etis à me Nepotiane charissime transmarinis Epistolis.] Huius epistolæ nec non & aliarum quas etiam seratas ad Hieronymum scripsit Nepotianus (serat enim ipsius doctissimus Hieronymo, sicut Ambrosius Origeni) meminuit in Epitaphio eiusdem ad Heliodorum. Quoties (inquit) ille transmarinis epistolis deprecatus est, ut aliquid ad se scriberem. Ad Rusticum scribens librum, hanc epistolam vocat. Quomodo tibi vivendum sit, aeditus ad Nepotianum liber, docere te poterit.

*Et primos impetus lascivientis aetatis.*] Frequens est usus huius locutionis apud Hieronymum. Aduersarii Pelagianos lib. 3. Ut affligat carnem virtus lascivietem. Item ad Algasiam. Imitatio est Quintiliani declamat. 15. lascivientis adhuc aetatis instinctu tumultuosus ac perulans.

*Et instar boum pendentibus à mento palearibus.*] Virgilianum est. Georgicorum 3. Optima toruæ Forma bouis, cui turpe caput, cui plurima cervix, Et crurum tenus à mento palearia pendent.

*Frigidus obſtitit circum precordia sanguis.*] Et hoc Virgilij est Georg. 1.

*Sin has ne possim nature accedere partes.*  
Frigidus obſtitit circum precordia sanguis. Vbi Senvius. Secundum Phylicos dicit, qui dicunt stultos homines frigidioris esse sanguinis, prudentes vero calidi. Vnde & senes, in quibus friget, & pueri, in quibus needum calet, minus sapiunt. Plinius libro 11. putat animalia esse fortiora, quibus sanguis sit crassior: sapientiora, quibus tenuior: timidiota quibus minimus: At quibus nullus hebetia. Asinus pinguisimum esse sanguinem, homini tenuissimum.

*Vel pigmentum esse de Mimo, vel Astillanaram lassis.*] Infra Sabiniano. Repertum est facinus, quod nec Minus

Mimus singere , nec scurra ludere,nec Atellanus pos-  
set effari.

*Isaac duplices David annos habuit.] Isaac centum  
ostoginta annorum consumptus ætate , mortuus est.  
Genes. 35. David autem filius annorum triginta erat  
cum regnare coepisset, & 40. annos regnauit. 2. Re. 5.  
facta ergo suppunctione, Isaac non solum duplices an-  
nos David habuit , sed et eo amplius quadraginta.*

*Omnis pæne virtutes mutantur in senibus, & crescen-  
te sola sapientia , decrescent cætere. Cuncta que per cor-  
pus excentur , fracto corpore minora fiunt, &c. Sed quod  
adolescentia multa corporis bella sustineat , &c.] Hanc  
sententiam fuisse in præfatione lib. 2. commentario-  
rum in Amos, exprimit . Legi in quadam controvoca-  
tione. Imbecillitas corporis , animæ quoque vires secū-  
trahit . Et statim . Senectus etiam multa secum bona  
affert & mala , bona, quia nos à potentissimis Domi-  
nis liberat , voluptatibus scilicet , gulæ imponit mo-  
dum , libidinis frangit impetus , auger sapientiam ,  
dat matuoria consilia, & frigescente corpore, dormit  
cum perpetua virginitate Sunamitis, luxuriam con-  
temnens , cum Berzellai, delegat eam adolescenti fi-  
lio Chamaam, & non vult transire Iordanem , atque 2. Reg. 19.  
in alienos fines de suis exiti regionibus . Quæ autem  
putantur senectuis mala ita sunt . Crebræ infirmita-  
tes , pituita molestissima , quam Græcorum alij κό-  
πων , alij φλέγμα nuncupant , caligantes oculi, atel-  
entes cibi, trementes interdum manus, nudi gingivis  
dentes, & inter cibos cadentes, ad hæc tormentibus , &  
aculeis stomachi, podagraque & chiragrat doloribus,  
sepe torquetur , ita vt ne stylum quidem , aut calamū  
tenere queat , vt suis pedibus non possit incedere , ma-  
gnaque parte vita videatur esse truncata, & multis mē-  
bris præmortua . Cum hæc ita se habeant , in malorū  
comparacione , tollerabilius sustinebo morbos, dum-  
modo una & grauiſſima domina libidine carcam. Pa-  
titur*

titur quidem & senectus nonnunquam incentius  
tiorum, nullusque iuxta sanctum martyrem Cypri-  
num, diu tatus est, periculo proximus, sed aliud e-  
titillari, aliud obrui voluptatibus. Adolescentia re-  
uit videntis corporis necessitates, hic autem raro in-  
emortuos cineres scintilla sublucens: reuiniscere re-  
titur, & tamen incentiuia non potest suscitare. Quod  
obrem Pammachi, cano iam tecum capite, una  
sapientiam, de qua scribitur. Ama illam; & serua  
bit te, honora illam, & amplexabitur te.

*Vnde & sapiens ille vir Grecie Themistocles.]* De  
sapientia Themistoclis, lege Ciceronem in Bruto,  
statim à principio. Et lib. 10. epistolarum ad Atticā.  
In epistola, cuius initium. Et res ipsa, ex prima  
Thucydidis.

*Cygneum nescio quid, & solito dulcissim, vicina nesci-  
cecinerunt.]* In Epitaphio Nepotiani. Cyneus cano-  
re vox dulcior. Alludit ad verba Cicero lib. 2. de on-  
tore. Ill tanquam cygnea fuit, diuini hominis vox  
& oratio. Martialis lib. 13.

*Dulcia defecta modulatur carmina lingua,*

*Cantator cygnus funeris ipse fui.*

*Verbum superflui, ambiguum est.]* Interpretatio no-  
minis Abisag, è libro Philonis de nominibus Hebre-  
cis petita est.

*Divisoris, id est Phares sortitus est nomen.]* Ab eo  
enim quod diuiserat membranulam secundinaram,  
divisoris nomen accepit. *Vnde & Pharisei qui se qua-  
si iustos, à populo separauerant, diuisi appellabantur.* Hieronymus, in quest. super Gen. Phares,  
Hebreis est diuisit, dissipauit.

*Quorsum hæc tam longo repetita principio.]* Ad Paulum  
senem Concordensem. Quorsum, ait, istam  
alto repetita principio. Gaudet subinde hac phrasim  
Hieronymus, ut in epistola ad Paulinum, cuius ini-

IN EPIST. II. AD NEPOT. 47

tium. Bonas homo. Ad Damasum. Importuna.  
Sunt autem verba Cic.lib. 3. de Oratore. Quos sum  
igitur haec spectat, inquit, tam longa, & tam alte re-  
petita oratio?

Ne à me queras pueriles declamationes, sententiarum  
fusculos, verborum lenocinia.] Hieronym.in 9.cap.Ec-  
clesiastar. Quemcunque (inquit) videris in ecclesia  
declamatorem, & quodam lenocinio, ac venustate  
verborum excitare plausus, ac risus excutere, audien-  
tes in affectus lætitiae concitare, scito signum esse insi-  
gnetiae, tam eius qui loquitur, quam eorum, qui au-  
diunt.

Et per fines capitulorum singulorum, acuta quedam, bre-  
viterque conclusa] Ciceronem videtur secutus in Ora-  
tore. Acutæ crebræque sententiæ ponentur.

Que plausus & clamores excitent audientium.] In  
cap. 34. Ezechielis. In theatram modum plausus cō-  
citant & clamores & immemores sunt imperitiæ lux,  
& adducto supercilie, libratisque sermonibus atque  
trubulatis, magistrorum sibi sumunt auctoritatem.  
His applaudit quod habet in enarratione ca. 2. Osee.  
Oratorijs declamationibus ludere, & in narrationi-  
bus, atque epilogis Asiatico more cantare, audientes  
in affectus lætitiae concitare.

Audi igitur (vt beatus Cyprianus ait) non diserta sed  
fortia.] In epistola ad Donatum, cuius initium: Bene  
admones, elegantius atque copiosius hanc formulam  
verborum persecuiur.

Audi fratrem collegio patrem senio.] In Epitaphio  
Nepotiani. Apprehensa auunculi manu, Hāc (inquit)  
tunicam qua viebat in ministerio Christi, mitte dile-  
ctissimo mihi, ætate patri, fratri collegio. Item Au-  
gustino in epistola. Crebras. Vale mihi amice cha-  
rissime ætate fili, dignitate parens. Apud Ausonium  
in panegyrico Gratiani. Indulgentia pater, ætate fi-  
lius, pietate utrumque.

qui

*Qui te ab incunabulis fidei.*] In proxima episo-  
Velut incunabula nascentis fidei. Sic ad Occan-  
confessionis ac pœnitentiae incunabula. Cic. act. 1.  
Verrem, dicit incunabula deorum, & in Orator. in  
nabula oratoris, pro initijs.

*Et repetens iterumq; iterumq; monebo.] Verba He-*  
*ni ad Aeneam lib. 3. Aeneid.*

*Cleri eorum non proderunt eis.] Locus est Hierem-*  
12. iuxta 70. quem doctissime explicat Origenes ho-  
milia 7. in Hieremiam.

*Attrita frons.] Paulo post. Attrita frons sepe in-*  
terpretatur, quod nescit. In praefatione libro 3. in  
Zachariam. Ad hoc (inquit) solum linguas habere  
putant, ut proximos lacerent, & duritiam frontis ex-  
tæ, verborum rabie consolentur. Vocat autem Hiero-  
mus attritam frontem procacem, & que nullo pudet,  
superatur.

*Nec sanctior David.] Indicant codices antichi, hi-*  
quædam deesse, quorum fide legendum. Nec San-  
tione fortior, nec David sanctior.

*Nec calamistro crissent crines.] Infra ad Eustochii.*  
Hinc calamistratus.

*Per fidei commissa, legibus illudimus.] De his legi-*  
lib. 36. ff. & Cic. in topicis. Si inter fidem, & Bo-  
tium ibidem lib. 4. & rursus Cic. lib. 7. epistolatum ad  
Trebatiū.

*Ipsi apponunt matulam.] In cap. octauum Oset. Im-*  
mundum vas, siue inutile, Hebrei matulam vocan-  
quo ad suscipienda & projicienda stercore vii solu-  
mus. Martialis lib. 10. in Calliodorum.  
*Dispeream, si tu Pyladi prestare matellam.*

*Dignus es, aut porcos rascere Peritho.*

*Et viuacem senem Mathusale. ] Imperita plebecu-*  
legit Mathusalem. Hebrei Mathusalah. Basilius ad  
Nepotes scribit Mathousalath.

*De ea que in te est spe.] Sic lego ex veteri codice,*  
locus

locus est. I. Per. 3. Atque ita interpretatur Didymus  
enamans hunc locum. Quia multi (inquit) Euange-  
lio disciplinabiliiter intendentes, exigunt nos satisfa-  
ctionem spei beatæ, non oportet segnes esse, & ad  
satisfaciendum differre requirentes. Mox. Volentes  
agnoscere aliquid de spe, quæ in nobis est.

Domini  
dictum.

*Scrum est illud Oratoris Domitij. Cur ego te (inquit)* habeam ut Principem, cum tu me non habeas ut Senato-  
rem.) Cicero, Valerius Maximus, & Fabius, L. Crassus  
hoc tribuunt. Cic. 3. de Oratore, in exordio loquens  
de Crasso. Cum sibi (inquit) illum consullem esse ne-  
garet, cui senator ipse non esset. Valerius lib. 6. cap.  
2. Non es (inquit) mihi Philippe consul, quia ego nec  
tibi senator sum. Fabius lib. 6. cap. 3. Illud Crassi. Ego  
te consulem putem, cum tu me non putas esse sena-  
torem? De Domitio Eusebius in chronicis. Anno Do-  
mini 46. Domitius Aphel Nemausensis, clarus Ora-  
tor habetur, qui postea Nerone regnante, ex cibi re-  
dundantia in cena moritur. Fabius lib. 12. cap. 11.  
Vidi ego longe orationem, quos mihi cognosecere co-  
tigit, summum Oratorem Domitium Aphrum valde  
senem. Item lib. 5. cap. 7. Et fortassis idem Domitius  
est, qui teste Lactantio lib. 5. cap. 11. rescripta Princi-  
pum nefaria collegit, ut doceret, quibus paenit affici-  
oporteret eos, qui se cultores Dei confiterentur.

*Nolo te declamatorem esse, & rabulum garrulumq.*  
*sine ratione.] In epistola, cuius initium: Ec vestrīs,*  
Alioqui stulta verbositas, rabulae potius. & garruli-  
hominis, quam eloquentis putanda est. Imitatur Cic.  
lib. 1. de Oratore. Non enim causidicum nescio quæ,  
neque proclamatorem aut rabulam hoc sermone no-  
stro conquerimus. Iterum: Non enim declamatorem  
de ludo, aut rabulam de foro, sed doctissimum &  
perfectissimum querimus. Vnde autem rabula di-  
catur, vide apud Festum Pompeium, & Nonium  
Marcellum.

50 ANNOT. D. HENR. GRAVII

*Indoctam concionem, lingue volubilitate desipit.*  
Valerius maximus lib. 2. cap. 1. Ipsa linguae volubilitate, qua plurimum possunt excusa. Cicero pro Cn. Plancio. Virtus, probitas, integritas, in candidato, non linguae volubilitas, non ars, non scientia requiri solet. Apud eundem Ciceronem dicitur verborum volubilitas. de Orat. lib. 1.

*In oratione pro Q. Gallo.] Si oratio ista extaret, facile posset varia diuersorum librorum lectio restituiri. In quibusdam sic ferebatur. De his autem iudicis, loquor enim &c.*

*Quorum etates non annis, sed saeculis scimus esse disiunctas.] Moritur enim Euripides iuxta Eusebium, 4. anno 92. Olympiadis. Menander autem 2. an. Olympiadis, 322. Itē Socratis, 3. an. Olympiad. 86. plurimo sermonem celebratur. Epicurus autem 5. anno, Olympiadis 113.*

*Referto marsupio, quod sudarium, orariumque non habebas gloriari. ] In enarrat. ca. 3. Mich. Quid prodet ut ea collum ad abstergendos sudores lincteolum non habere. Quid iuvat esse περοχήνας; & praefere habere paupertatem, cum marsupium nostrum vniuersaliter pauperum turba suspireret.*

*Multo melius est duobus imperfectis, rusticatenis. Etiam habere, quam eloquentiam peccatricem. ] Simile huic est, illud Ciceronis 3. de Oratore. Malim equitem, indiscertam prudentiam, quam stultitiam quacem.*

*Marmora nitent, auro splendent laquearia. ] In causa Hieremij: Praeccepit autem & tunc populo Iudeorum, & hodie nobis, qui videmur in ecclesia constituti, fiduciam habeamus in splendorē ædificiorum, auctisque laquearibus, & vestitis parietibus marmoreis, crustis. Cyprianus Donato. Iam tibi auro difinita laquearia, & præciosi marmoris crustis vestita domus, sordebunt. Deformata sunt hæc ex declamatione 9. Quintiliani: Non me aurata laquearia, nec r*

Templo-  
rū orna-  
tus.

IN EPIST. II. AD NEPOT. 51

diantes marmore columnæ, nec graues crustæ fecerunt immemorem fragilitatis.

Judicemq; prouincie melius apud te prandere quam in pelatio.] Atheniæ h̄is sunt, quæ habet Hieronymus in cap. 2. Michez. At non confusio & ignominia est, Iesum crucifixum, magistrum pauperum atque esurientis factis prædicare corporibus, ieiuniorumque doctrinam, rubentes buccas, tumentiaque ora proferre? Si in Apostolorum loco sumus, non solum sermonem eorum imitemur, sed conuersationem quoque & abstinentiam amplectamur. Sanctū utique est, & Apostolicum ministerium, viduis & pauperibus ministrare. Non oportet (inquit) dimissio verbo Dei, ministrare nos mensis. At nunc non dico pauperes, non dixAct. 6.

co frates, & qui tursum invitare non possint, ex quibus excepta gratia nihil aliud Episcopalis speret manus; sed militantes, & accinctos gladio & iudices ex-tubantibus ante fores centurionibus & turmis militum, Christi sacerdos invitat ad prandium. Tota clerici virbe discursant, querunt exhibere iudicibus, quæ illi in prætoriis suis, aut inuenire non possunt, aut cere-re inuenta non coemunt.

Nunquam vinum redoleas, ne audias illud philosophi. Hoe non est osculum porrigere, sed vinum propinare.] Quis vini usus antiquis fuerit, quibus bibere licet, docet Plinius libro decimoquarto, cap. decimotertio. Cato scriptum reliquit, propinquos feminis osculum dare solitos, ut scirent an temeratum olerent (hoc cum nomen vino erat) legge 10. lib. Anli Gellij noct. attica cap. 23.

Sicera Hebreo sermone omnis potio nuncupatur, qua inebriare potest. ] Quid sit Sicera copiosius docet Hieronymus capit. primo Eliae, Item in capite

Quidquid inebriat & statum mentis euertit, fuge  
E 2 similiter

52 ANNOT. D. HENR. GRAVII  
familiter ut vinum] Lege Hieronymū in cap. 19. Esaii,  
item in cap. 23 & 28.

Pinguis  
venter.

Pinguis venter non gignit mentem tenuem.] πάσην δε τὸν ἄνθρακα οὐ τίτλει ρόον. Est apud Galenum in Tri-  
sybulum. vide proverb. in Chiliad. Gregorius Na-  
zianzenus de virginitate. τὰς παχέας σάρκας τὴν γυναικείαν  
τέρπει οὐκέτε ξύνεται ηλεκτρή καρφεῖς τοῦδε @ εὐθεῖα.  
Ut cibario non rescamur pane.] Ad Furiam. Cibaria  
panem comedant. Cic. quest. Tuscul. lib. 5. De Pro-  
lomeo, cui enim peragranti Aegyptum, comitibus  
non consecutis, Cibarius in casa panis datus esset, ni-  
hil visum illo pane iucundius.

Cave ne hominum rumusculos aucuperis.] Aduersus  
Luciferianos. Nihil ob hominum rumusculos faciat.  
Ex Ciceronis oratione pro A. Cluentio petitum est.  
Qui imperitorum hominum rumusculis aucupati, rā-  
illimi absoluunt. Sic apud eundem Ciceronem: Ve-  
tus, rumor, plausus popularis, aura popularis. Vix di-  
ci potest, quantum his locutionum formulis Heto-  
nymus gaudeat: quoties vtatur in suis scriptis. In e-  
pistola ad Oceanum, cuius initium: Plures anni Ven-  
dibilem paupertatem populari auræ effecimus. Ad Ju-  
lianum. Philosophus gloriæ animal, & popularis au-  
ræ vile mancipium. Ad Pammachium. Sanatio vuln-  
eri. Mundi Philosophus, gloriæ animal, & popularis  
auræ atque rumorum venale mancipium. Hæc subie-  
cisse exempla sufficiat studiose lectori.

Hæc te quadriga velut aurigam Christi ad metam con-  
cita ferat. Ialid: Hæc te quadriga in altum velut aurigam Christi ad metam concitum ferat. Apud Vano-  
num lib. 1. de re rustica, decurre ad metam.

Aduersus fratrem tuum loquebaris.] al. detrahebas  
ps. 49. πατελάλεις.  
Nemo iniito auditori, libenter refert.] In epistola A-  
theri papæ, & Anacleti posteriori epistola, ex hoc lo-  
co quædam scripta leguntur, etiam ad verbum, qui  
secuuntur

seculis aliquot Hieronymum præcesserunt. viderint  
eruditii.

*Discat detraetor dum te videt non libenter audire, nō Detractos  
facile detrahere.] Julianus aut certe Pelagius ad De me  
triadem. Auditor, si auerteat aures, & vultum contra-  
hat, ac oculos abnuendo contineat, male loquente  
etiam tacens arguit, ut discat non libenter dicere, quod  
didicerit non libenter audiri. Miror authorem com-  
mentariorum, quæ extant Hieronymi titulo in Pro-  
verbia, Julianum hunc, aut Pelagium citate tanquam  
virum Dei, quum haereticum, & extra ecclesiam eum  
fuisse constet. Enarrans enim cap. 25. Si hilari (inquit)  
vultu audieris detrahentem, tu illi das somitem de-  
trahendi, si vero tristi vultu haec audias, (ut dixit qui-  
dam vir Dei) discit non libenter dicere, quod didic-  
erit non libenter audiri.*

*Nec quid agatur in alia, domus alia per te nouerit.]  
Alias. Nec quid in cuiuscumque domo agatur. Eadem  
in praefata Anacleti epistola*

*Lapidato iam virginitatis libello, quem sanctæ Eusto-  
chio Rome scripsoram. ] Sentic liberum de custodia vir-  
ginitatis. Audi filia. Lapidato autem dicit, pro con-  
uictis in lectato, ut apud Aelium spartianum. In Pes-  
cennio Nigro. Inter lapidationes execrationesque  
omnium.*

*Post annos decem rursus Bethlehem ora referare.] In  
Hieremias cap. 37. Non audebant ora referare. In ca-  
p. Ecclesiast. Ad loquendum ora referare. Origenes  
homilia. 14. in Lucam. Ore referato in humanum ser-  
monem erumpere.*

*Et confodiendum me linguis omnium prodere.] In p̄ Linguis  
fatione Eziae. Maledicorum quotidie linguis confo- cōfodere.  
diuntur.*

*Quos obsecro ut quiescant, & desinant maledicere.]  
Terentianum est, ex prologo Andriæ: Dehinc ut  
quiescant porro monco, & desinant maledicere, ma-  
lefacta*

Iefacta ne noscant sua.

*Qui mihi irasci voluerit, prius ipse de se, quod talis sit  
confitetur.]* Huic affine est quod habet ad Rusticum.  
Scio me offenditum esse quam plurimos, qui gene-  
ralem de vitiis disputationem, in suam referunt con-  
tumeliam, & dum mihi irascuntur, suam conscientiam  
indicant. Sic in Apologia aduersus Ruffinum, Quan-  
do sine nomine contra vitia scribitur, qui irascitur, ac-  
cusator sui est. Mattialis libro decimo, ad Numa-  
cium Gallum.

*Hunc seruare medium, nostri didicere libelli.  
Parcere personis, dicere de vitiis.*

### EPISTOLA TERTIA.

#### ARGUMENTVM

Heliodoro ex Monacho iam Episcopo, consolatoria  
hanc super morte Nepotiani scribit Epistolam, quam alia  
Epitaphium vocat. Expatiatur autem (quod Hieronymo  
frequens est) in locum communem, & longe amenissi-  
mum, de morte per Christum deuictam. Deinde consola-  
tionem aggreditur, ostendens quatenus Christiano in ani-  
corum morte dolendum sit, ne nimium indulgendo lan-  
tis verum religionis scopum, nimirum tamen etiam  
amittat. Postremo calamitate, ad moratu-  
correctionem horatur.

Hieronymus ad Heliodorum.

Epitaphium Nepotiani.

**R**edes materiae, ingenia parua no-  
res ausa, succumbunt: quantoq[ue] ma-  
ius fuerit, quod dicendū est, tanto  
reius verbis non potest explicare. Nepotianus meus,  
vix, noster, imo Christi: & quia Christi, idcirco  
plus

plu noster, reliquit senes desiderij sui iaculo vulneratos, & intolerabili dolore confectos. Quem haereditatem putauimus, funus tenemus. Cui iam meū desudabit ingenium? Cuiliterule placere gescent? Vbi est ille à p[ro]p[ter]o d[omi]ni noster, & cygneo canore vox dulcior? Stupet animus, manus tremit, caligat oculi, lingua balbutit. Quicquid dixero, quia ille nō audit, mutum videtur. Stilus ipse quasi dissentientis, & sentientis. teta subtristior, vel rubigine, vel situ obducitur. Quotiescumq[ue] nitor in verba prorumpere, & super tumulum eius, Epitaphij huius flores spargere, totiens lachrymis implentur oculi, & renouato dolore totus in funere sum. Moris quondam fuit, vt super cadavera parentum defunctorum in concione pro rostris laudes liberi dicerent, & instar lugubrium carminum ad fletus, & gemitus audientium pectora concitarent. En rerum in nobis ordo mutatus est, & in calamitatem nostram perdidit sua iura natura. Quod exhibere senibus iuuenis debuit, hoc iuueni exhibemus senes. Quid igitur faciam? Iungam tecum lachrymas? Sed Apostolus prohibet, Christianorum mortuos, dormientes vocans. Et dominus in Evangelio: Non est, inquit, mortua puella, sed dormit. Lazarus quoq[ue] quia dormierat, suscitatus est. Letter, & gaudeam, quia raptus est, ne malitia mente eius mutares, quia placuerat deo anima illius? Sed invito, & repugnanti per genas lachrymæ fluunt, & inter precepta virtutum, resurrectionisq[ue] spem, credulam mentem, desiderij frangit affectus.

Christia-  
norū mor-  
tui.

1. Cor. 15

1. Tess. 4.

Marc. 5.

Luc. 8.

Ioan. 11.

- Osee 13. O mors, que fratres diuidis, & amore sociatos, crudelis, ac dura dissocias. Adduxit uarentem ventum.
- Ezech. 19. Dominus de deserto ascendentem, qui siccavit uinas tuas, & desolauit fontem tuum. Deuorasti.
- Matt. 12. quidem Ionam, sed & in utero tuo viuis fuit. Portasti quasi mortuum, ut tempestas mundi conqueſtare.
2. Tim. 1. ceret: & Ninive nostra illius preconio saluaretur.
- Rom. 6. Ille, ille te vicit, ille te iugulauit. Fugit Propheta, qui reliquit domum suam, dimisit hereditatem suam, dedit dilectam animam suam in manibus querentium eum. Qui per Osee quandam tribu rigidus minabatur: Ero mors tua, o mors, et morsus tuus inferne. Illius morte, tu mortua es: illius morte nos viuimus. Deuorasti, & deuorata es.
- Rom. 5. Dumq[ue] assumpti corporis solicitaris illecebra, & audis fauibus predam putas: interiora tua ad amissione confossa sunt. Gratias tibi Christe saluatus, tua agimus creatura, quod tam potentem adversarium nostrum, dum occideris occidisti. Quid antem miserius homine, qui eternae mortis terrore prostratus, viuendi sensum ad hoc tantum acceperas, ut periret? Regnauit enim mors ab Adam usque ad Moysen, etiam super eos qui non peccauerunt, in similitudinem pruaricationis Adæ. Si Abraham, Isaac, & Iacob in inferno, quis in celorum regno? Si amici tui sub pena offendentis Adam, & qui non peccauerant, alienis peccatis tenebantur obnoxii: quid de his credendum est, qui dixerunt in cordibus suis, non est Deus? Qui corrupti & abominabiles
- Psal. 13. 52. facili

facti sunt in voluptatibus suis? Qui declinaverūt, si- Psal. 13.  
 mul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonū, non  
 est usque ad vñū? Quod si Lazarus videtur in sinu Luc. 16.  
 Abraham, locoq; refrigerij, quid simile infernus, et re-  
 gna celorū? Ante Christum Abraham apud inferos,  
 post Christum latro in paradiſo. Et idcirco in resur- Luc. 23  
 rectione eius multa dormientium corpora surrexe- Mat. 27.  
 runt, viſaq; sunt in celesti Hierusalem. Tuncq; im- Ephes. 5.  
 plerum est illud elogium: Surge qui dormis, & eleua  
 re & illuminabit te Christus. Ioannes Baptista in  
 eremo personat: Pœnitentiam agite, appropinqua- Mat. 3.  
 ut enim regnum celorum. A diebus enim Ioannis Mat. 11.  
 Baptiste regnum celorum vim patitur, & violenti  
 diripiunt illud. Flammea illa rompea custos para- Gen. 3.  
 disi, & præsidētia foribus Cherubim, Christi restin-  
 da & reſerata snt sanguine. Nec mirū hoc nobis  
 in resurrectione promitti, quum omnes qui in carne, 2. Cor. 10.  
 non secundum carnē viuimus, municipatum habeā-  
 mus in celo, & hic adhuc positis dicatur in terra: Re Luc. 17.  
 gnum Dei intra vos est. Adde quod ante resurrectio-  
 nem Christi, notus tantū in Iudea erat Deus, in Is- Psal. 75.  
 rael magnum nomen eius. Et ipsi qui nouerant eū,  
 tamen ad inferos trahebantur. Vbi tunc totius orbis  
 homines, ab India usque ad Britanniam, à rigida  
 Septentrionis plaga, usque ad feruores Atlantici  
 Oceani, tam innumerabiles populi, & tantarum  
 gentium multitudines? Quām varie linguis, habitu,  
 velut vestis & armis piscium ritu ac locustarum, ut  
 culices conterebantur, (Absque  
 notitia

notitia enim sui creatoris, omnis homo peccat). Nunc vero passionem Christi & resurrectionem eius cunctarum gentium voces & litera sonant. Taceo de Hebreis, Grecis & Latinis, quas nationes sue crucis titulo dominus dedicavit. Immortalem animam, & post dissolutionem corporis subsistentem, quod Pythagoras somnianit, Democritus non credidit, in consolationem damnationis sue Socrates disputauit in carcere, Indus, persa, Gotthus, AEgyptius, philosophantur. Befforun feritas, & pellitorum turba populorum, qui mortuorum quondam in ferialibus homines immolabant, stridorem suum in dulce crucis fregérunt melos, & totius mundi una vox est Christus. Quid agimus anima? Quō nos vertimus? Quid primum affamimus? Quid tacemus? Excidérunt ne tibi precepta rhetorum? Et occupata luctu, oppressa lachrymis, prepedita singultibus, dicendi ordinem non uenes? Vbi illud ab infantia studium literarum & Anaxagore, ac Telamonis semper laudata sententia? Sciebam me genuisse mortale. Legimus Cato, torem, cuius volumen ad confouendum dolorum suum: secutus est Cicero, Platonis, Diogenis, Cistomachi, Carneadis, Posidonij ad sedandos luctus opuscula percurrimus, qui diuersis etatibus diversorum luctum, vel libris, vel epistolis minuere sunt conati, ut etiam si nostrum areret ingenio, de illorum posset fontibus irrigari. Proponunt innumerabiles viros & maxime Periclem & Xenophontem Socratis.

Philoso-  
phi.

eraticum, quorum alter amissis duobus filijs, coronatus in concione differuit: Alter, cum sacrificans, filiam audisset occisum, deposuisse coronam dicitur, & eandem capiti reposuisse, postquam fortiter in acie dimicantem reperit concidisse. Quid memorem Romanos dices, quorum virtutibus quasi quibusdam stellis Latinæ nuncant historie? Pulchri Capitolium dedicans, mortuum ut nunciatur subito, filium, se iussit absente sepeliri. L. Paulus septem diebus inter duorum exequias filiorum, triumphans, urbem ingressus est. Pretermitto Maximos, Catones, Gallos, Pisones, Brutos, Scaulos, Metellos, Scauros, Martios, Crassos, Marcellos, atque Aufidios, quorum non minor in luctu, quam in bellis virtus fuit, & quorum orbitates in consolationis libro Tullius explicauit, ne videar potius aliena quam nostra quæsse. Quanquam & hec in suggillationem nostri breuiter dicta sint si non prester fides, quod exhibuit infidelitas. Igitur ad nostra veniamus. Non plangam cum Jacob & David filios in lege morientes: sed cum Christo in Euangelio recipiam resurgentes. Iudeorum luctus, Christianorum gaudium est. Ad vesperum demorabitur fletus, & ad matutinum letitia. Nox precepit, dies autem appropinquauit. Vnde & Moyses moriens plangitur. Iesus absq; funere & lachrymis in monte sepelitur. Quicquid de scripturis super lamentatione dici potest, in eo libro quo Paulam Rome consolati sumus, breuiter explicauimus.

Nunc

Gen. 37.

2. Reg. 12.

18.

Mat. 27.

Psal. 29.

Rom. 13.

Deut. 34.

Iosue. 24.

<sup>Praterita  
Sobolesca.</sup>

<sup>Psal. 47.</sup>

<sup>Ioan. 11.</sup>

<sup>Philip. 1.</sup>

<sup>Philip. 2.</sup>

<sup>Epaphrodi-  
tus.</sup>

<sup>Laudes  
Nepot.</sup>

Nunc nobis per aliam semitam ad eundem locum  
perueniendum est, ne videamur: praterita & abo-  
lita quondam calcare vestigia. Scribimus quidem  
Nepotianum nostrum esse cum Christo, & sancte-  
rum mixtum choris quod hic nobiscum eminus tr-  
mabatur in terris & estimatione querebat, ibi ei-  
dementem cominus dicere, Sicut audiuius, sic &  
vidimus, in ciuitate domini virtutum, in ciuitate  
dei nostri: Sed desiderium absentie eius ferre non pos-  
sumus, non illius, sed nostram vice dolentes, Quanto  
ille fælicior, tanto amplius nos in dolore, quod tal-  
caremus bono. Flebant & sorores Lazaram, quem  
resurrectum nouerant. Et ut veros hominis ex-  
primeret affectus, ipse saluator plorauit quem refe-  
citurus erat. Apostolus quoque eius (qui dicitur:  
cupio dissolui, & esse cum Christo. Et inibi. Ne  
vivere Christus est, & mori lucrum) Gratias agit,  
quod Epaphras de mortis sibi vicinia redditus sit, ne  
haberet tristitiam, super tristitiam non incredibili-  
tatis metu, sed desiderio charitatis. Quāto magis tu  
& auunculus & episcopus: hoc est, & in carne &  
in spiritu pater doles abesse viscera tua, & quā-  
te diuulsa suspiras. Sed obsecro ut modum al-  
hibeas in dolore memor illius sententie: Ne quid na-  
mis. Obligatoq; parumper vulnere, audias laudes  
eius cuius semper virtute letatus es: Nec doleris  
quod talem amiseris, sed gaudeas quod talem ha-  
bueris. Et sicut hi qui in brevi tabella terrarum  
situs pingunt, ita in paruo isto volumine cernas adū-  
brat

brata non expressa signa virtutum. Suscipiasq; à  
 nobis non vires, sed voluntatem. Precepta sunt  
 rebus, ut maiores eius qui laudandus est, &  
 eorum gesta altius repetantur. Sicque ad ipsum  
 per gradus sermo perueniat: quo videlicet auris,  
 paternisq; virtutibus illustrior fiat, et aut non dege-  
 nerasse a bonis, aut mediocres ipse ornasse videatur:  
 taliusq; taliterq;  
 ego carnis bona, que semper & ipse contēpsit in ani-  
 melandibus non requiram. Nec me iactabo de ge-  
 nere, id est, de alienis bonis, cum Abraham & Isaac  
 sancti viri Ismaelem & Esau peccatores genuerint.  
 Et è regione lepte in catalogo iustorum, apostoli voce  
 numeratus, de meretrice sit natus. Anima, inquit,  
 quae peccauerit, ipsa morietur. Ergo que non pec-  
 cauerit, ipsa vivet. Nec virtutes nec vitia paren-  
 tum liberis imputantur. Ab eo tempore censemur,  
 ex quo in Christo renascimur. Paulus persecutor  
 ecclesie: & mane lupus rapax. Beniamin ad ve-  
 sperā diuidit escam Ananiae oūe submittens caput. <sup>tou.</sup>  
 Igitur & Nepotianus noster quasi infantulus va-  
 giens & ruditus puer, subito nobis quasi de Jordane  
 nascatur. Alius forsitan scriberet, quod ob salutem <sup>nascitur.</sup>  
 illius orientem eremumq; dimiseris, & me charis-  
 sum sodalem tuum redeundi spe lactaueris, ut  
 primùm (si fieri posset) sororem cum parvulo vidua,  
 deinde si consilium illa respueret, saltēm nepotem  
 dulcissimum conseruares. Hic est enim illuc de quo  
 tibi quondam vaticinatus sum. Licet parvulus ex  
 collo pendeat nebos. Referet, inquam alius, quod  
 in pala-

Gen. 16.

Gen. 25.

Iudic. 12.

Heb. 11.

Exod. 18.

Gen. 43.

Act. 9.

in palatiis militia sub chlamyde & candermilno  
pus eius cilicio tritum sit. Quod stans ante sed  
potestates, lurida ieiunijs ora portauerit, quod  
huc sub alterius indumentis, alteri militauerit  
ad hoc habuerit cingulum, ut viduis, pupillis, v  
phanis, oppressis, miserisq<sub>z</sub> subueniret. Milii no  
placent dilationes ista imperfecte seruitur de  
Ag. 10. Et Centurionem Cornelium (ut lego) iustum, s<sub>u</sub>  
tim audio baptizatum. Veruntamen rebar inci  
nabula quedam nascentis fidei comprophetus, ut  
qui sub alienis signis deuotus miles fuit, dona  
dus laurea sit, postquam suo regi coepit militare.  
Balti o posito, habituque mutato, quicquid ca  
strensis peculij fuit, in pauperes erogauit. Legat  
enim: Qui vult perfectus esse, vendat omnia que  
habet, & det pauperibus, & sequatur me. Et iterum  
non potestis duobus dominis seruire, deo & man  
monio. Excepta vili tunica, & operimento par  
quo tecto tantum corpore frigus excluderet, nibil  
sibi amplius reseruanit. Cultus ipse prouincia no  
rem sequens, nec munditijs nec sordibus notabili  
erat. Cumq<sub>z</sub> arderet quotidie, aut ad Aegypti mo  
nasteria pergere, aut Mesopotamie visere choros,  
vel certe insularum Dalmatiae, que Altino tantum  
freti distant; solitudines occupare, ianunculum po  
tificem deserere non audebat, tot in illo cernens  
exempla virtutum, domique habens unde dispe  
ret. In uno atque eodem & imitabatur mona  
chum, & episcopum venerabatur. Non (ut pl  
rius)

Mat. 19.  
Marc. 10.  
Luc. 18.  
Mat. 6.  
Luc. 16.

risq; accidere solet) assiduitas familiaritatem, fa-  
miliaritas contemptum illius fecerat, sed ita eum  
colebat quasi parentem. Ita admirabatur, quasi  
quotidie nouum cerneret. Quid multa? Fit cleri-  
cus, & per solitos gradus presbyter ordinatur. Iesu  
bone, qui gemitus, qui eiulatus, que cibi inter-  
dictio, que fuga oculorum omnium. Tunc primum  
& solum auunculo iratus est. Querebatur se ferre  
non posse, & iuuenilem etatem incongruam sacer-  
dotio causabatur. Sed quanto magis repugnabat,  
tanto magis in se studia omniū concitabat: & me-  
rebatur negando, quod esse nolebat, eq; dignior  
erat, quo se clamabat indignū. Vidi mus Timothēū,  
nostrū ieporis, & canos in sapientia, electūq; à Moysē  
presbyterū, quē ipse sciret esse presbyterū. Igitur cle-  
ricatū non honore intelligens, sed onus primā curam  
habuit, ut humilitate superaret inuidiā. Deinde ut  
nullā obscenī in se rumor fabulam daret, vt quis  
mordebantur ad etatem eius, stuperent ad conti-  
nentiam subuenire pauperibus, visitare languentes, Roma. 12.  
prouocare hospitio, lenire blanditijs, gaudere cum  
gaudentibus, flere cum flentibus, cecorum baculus,  
esurientium cibus, spes miserorum, solamen lugen-  
tium fuit. Ita in singulis virtutibus eminebat, quasi  
cateras non haberet. Inter presbyteros & coequales  
primus in opere, extremus in ordine. Quicquid bonū  
secerat, ad auunculū referebat. Si quid forte aliter  
euenerat quam putarat illum nescire, se errasse  
dicebat: in publico episcopum, domi patrē nouerat:

graui-

2. Tim. 2.  
Sap. 4.  
Nnm. 11.

gravitatem morum hilaritate frontis temperabat.  
 Gaudium in risu non cachinnum intelligeres. Vir-  
 gines & viduas Christi honorare ut matres horde-  
 ut sorores cum omni castitate. Iam vero post qua-  
 domum se contulerat & relicto foris clero, durius  
 se tradiderat monachorum, creber in orationibus  
 vigilans, in precando lachrymas deo, non hominibus  
 leiuinum offerebat. Leiuinia in aurige modum proflata  
 moderaba- & viribus corporis attemperabat. Mensa au-  
 nu- culi intererat: & sic apposita queq; libabat, ut &  
 Superstitionem sugeret & continentiam seruaret.  
**Sermo.** Sermo eius per annae coniuvium de scripturis aliquid  
 proponere, libenter audire, respondere verecunde,  
 directa suscipere, prava non acriter confutare. Di-  
 sputantem contra se magis docere quam vincere.  
 Et ingenuo pudore (qui ornabat etatem) quid casu  
 esset simpliciter confiteri. Atque in hunc modum  
 eruditionis gloriam declinando eruditissimus habe-  
 batur. Illud (siebat) Tertulliani, istud Cypriani,  
 hoc Lactantij, illud Hilarij est. Sic Minutius Felix,  
 ita Victorinus, in hunc modum est locutus Arnolena.  
**Lectio.** Me quoque quia pro sodalitate auunculi diligeret,  
 interdum proferebat in medium. Lectiones ab-  
 dua, & meditatione diurna, pectus suum bibli-  
 tecam fecerat Christi. Quoties ille transmarinis  
 epistolis deprecatus est, ut aliquid ad se scriberem.  
 Quoties nocturnum de euangelio petitorem, & in-  
 terpellatricem duri iudicis mihi viduam exhibuit.  
 Cumq; ego silentio magis quam literis degenerar,  
 & pw

Luc. 11.

Luc. 18.

Et pudore reticentis pudore suffunderem postulan-  
 tis, auunculum mihi opposuit precatorem, qui &  
 liberius pro alio peteret, & pro reuerentia sacerdo-  
 tis facilius impetraret. Feci ergo quod voluit, &  
 breui libello amicitias nostras eternae memorie con-  
 serauit. Quo suscepto, Cræsi opes & Darij diuitias  
 servisse ictabat. Illum oculis, illum manibus, illum  
 sinu, illum ore tenebat. Cumq[ue] in stratu frequen-  
 ter euolueret super pectus soporati dulcis pagi-  
 na decidebat. Si verò peregrinorum, si amicorum  
 quispiam venerat, letabatur nostro super se testi-  
 monio. Et quicquid minus in opusculo erat distin-  
 sionē moderata, & pronunciationis varietate pen-  
 sabat, ut in recitando illo ipse vel placere quotidie,  
 vel displicere videretur. Vnde hic fero, nisi ex  
 amore dei? Vnde legis Christi indefessa meditatio,  
 nisi ex desiderio eius quilegem dedit? Alij nummum  
 addant nummo, & marsupium suffocantes matro-  
 narum opes videntur obsequijs, sint ditiores mona-  
 chi, quam fuerant seculares: Possideant opes sub  
 Christo paupere, quas sub locuplete diabolo non ha-  
 buerant. Et suspireret eos ecclesia diuites, quos  
 tenuit mundus ante mendicos. Nepotianus no-  
 ster aurum calcans, scedulae consecutatur: &  
 sicut sui in carne contemptor est, & paupertate in-  
 cedit ornatior: ita totum anime inuestigat <sup>†</sup> orna-  
 tum. Ad comparationem quidem superiorum mo-  
 dica sunt que dicturi sumus, sed & in paruis idem  
 animus ostenditur. Ut enim creatorem non in cœlo

Nepotianus  
 in episto-  
 lam Hie-  
 ronymi  
 affectus.

In quibus tantum miramur, & in terra, sole, oceano, ele-  
phantis, camelis, equis, bubus, pardis, ursis, leonibus,  
admiratio ni creator, sed & in minutis quoque animalibus, formica, cul-  
ce, muscis, vermiculis, & istiusmodi genere, quorum  
magis scimus corpora, quam nomina, cunctis, in  
mens Chri sto dedita. cunctis veneramur solertia: ita mens Christo dedita,  
& que & in maioribus et in minorib⁹ intenta est, si  
etiam pro ocioso verbo reddendam esse rationem. Erat  
ergo sollicitus, si niteret altare, si parietes absque  
fuligine, si pavimenta terfa, si canitor creberet in por-  
ta, vela semper in ostijs, si sacrarium mundum,  
si vasa luculentat, & in omnes ceremonias pia sol-  
licitudo disposita. Non minus, non maius negligebat  
officium. Vbiunque eum quereres, in ecclesiasticis  
uenires. Nobilem virum Q. Fabium min-  
tut antiquitas, qui etiam Romane scriptor his-  
torie est, sed magis ex pictura, quam ex literis nomen  
inuenit. Et Beselehel nostrum plenum sapientia &  
spiritu dei scripture testatur. Hiram quoque filius  
mulieris Tyrie, quod alter tabernaculi, alter tem-  
pli supellecilem fabricati sint. Quomodo enim ita  
segetes & uberes agri interdu culmis aristisq; luxu-  
riant, ita preclara ingenia & mens plena virtuti-  
bus in variarū artium redundat elegantiam. Vnde  
Hippias. & apud Grecos philosophus ille laudatur, qui omne  
quo uteretur usque ad pallium, & anulum manus  
sua factum gloriatus est. Hoc idem possumus & de-  
sto dicere, qui basilicas ecclesias, & martyrum con-  
ciliabula, diuersis floribus & arborum comis, vi-  
tiumq;

tiamqz pampinis adumbrarit: ut quicquid placebat  
 in ecclesia, tam dispositione quam visu, presbytero-  
 n labore & studium testaretur. Macte virtute,  
 cuius talia principia qualis finis erit? O miserabilis  
 humana conditio, & sine Christo vanum omne  
 quod vivimus. Quid te subtrahis? Quid tergiver-  
 saris oratio? Quasi enim mortem illius differre  
 possumus, & vitam facere longiorem sic timemus  
 ad ultimum peruenire. Omnis caro fœnum, &  
 omnis gloria eius quasi flos fœni. Vbi nunc decora-  
 illa facies, vbi totius corporis dignitas, qua ve-  
 lui pulchro indumento pulchritudo anime vestie-  
 batur. Marcescebat proh dolor flante austro  
 liliu, & purpura viole in pallorem sensim mi-  
 grabat. Cumqz febribus astuaret, et venarum fon-  
 tes hauriret calor, lasso anhelitu tristem auun-  
 culum consolabatur. Latus erat vultus, & uni-  
 versis circa plorantibus solus ipse ridebat, projicere  
 pallium, manus extendere, videre quod alij non  
 videbant, & quasi in occursum se erigens salutare  
 venientes. Intelligeres illum non emori, sed migra-  
 re, & mutare amicos, non relinquere. Voluntur  
 per ora lachryme, & obfirmato animo non queo do-  
 lorem dissimulare quem patior. Quis crederet in  
 tali illum tempore, nostræ necessitudinis recordari, &  
 luctante anima studiorū scire dulcedinem? Apprehen-  
 sa auunculi manu, hanc (inquit) tunicā, qua utebar  
 in ministerio Christi, mitte dilectissimo mihi estate  
 patri, fratri collegio. Et quicquid à te nepoti debe-  
 batur

r. Petri. 1.  
 Iacob. 1.  
 Esa. 4.  
 Eccle. 14.

Nepotiani  
 in morbo  
 exequanimitas.

batur affectus, in illum transfer, quem tecum pte  
ritus diligebas. Atque in talia verba defecit, annu-  
t mei.  
culum manu, met recordatione correctans. Sic  
quod nolueris amorem in te ciuium sic probare, &  
affectum patrie magis quæsiſſe in proſperis. Sed  
huiuscemodi officium in bonis iucundius eſt, in malis  
gratius. Tota hunc ciuitas, tota planxit Italia,  
corpus terra ſuſcepit, anima Christo reddidit. Tu  
nepotem querebas, ecclesia ſacerdotem. Preceſſe  
te ſuccelfor tuus: quod tu eras, ille poſt te iudi-  
cio omnium merebatur. Atque ita ex una domo  
duplex pontificatus egressa eſt dignitas, dum in al-  
tero gratulatio eſt quod tenuerit, in altero moratur,  
quod raptus fit ne teneret. Platonis ſententia eſt,

Sapientiū  
vita, me-  
ditatio  
mortis.  
1.Cor.15.

Onniem sapientium vitam meditationem eſſe mora-  
tis. Laudant hoc philosophi, & in cœlum viſque fe-  
runt. Sed multo fortius apostolus: Quotidie inquit  
morior per gloriam vestrā. Aliud eſt enim ce-  
nari, aliud agere. Aliud viuere moriturum, aliud  
mori victuru. Ille moriturus eſt ex gloria, iſte mori-  
tur ſemper ad gloriam. Debemus igitur & na-  
animo premeditari, quod aliquando futuri fuimus,  
& quod velimus, nolimus, ab eſſe longius non poteris.  
Gen. 5.  
Nam si nongentos vite excederemus annos, ut ant-  
diluvium viuebat humānum genus, & Mathuſa-  
lem nobis tempora donarentur, tamen nihil eſſet  
preterita longitudo, que eſſe deſiſſet. Etenim in-  
eum qui decem vixit annos, & eum qui mille, po-  
 quam idem vite finis aduenierit, & irrecufabilis  
mortis

Mathusale

mortuus necessitas, transactum omne tantundem est,  
nisi quod senex magis onustus peccatorum fasce pro-  
ficitur.

Optima queque dies misericordia mortalibus cui. Georg. 3.

Prima fugit, subeunt morbi, tristisq; senectus,  
Et labor & dure rapit inclemens mortis.

Neuius Poëta: Pati (inquit) necesse est multa  
mortalem mala. Vnde & Niobam quia multum  
fleuerit, in lapidem & diuersas bestias com-  
mutatam, fixit antiquitas. Et Hesiodus natales  
boniūm plangens, gaudet in funere. Prudenterq;  
Ennius: Plebes (ait) in hoc regi antestat loco. Licet

lachrymare plebi, regi honestatē nō licet. Ut regi, sic  
episcopo: imo minus episcopo, quam regi. Ille  
enim nolentibus p̄̄est: hic volentibus: ille ter-  
rōre subycit, hic seruituti donatur: ille corpora  
custodit ad mortem, hic animas seruat ad vitam.  
In te oculi omnium diriguntur, domus tua &

conuersatio quasi in specula constituta, magistra  
est publice disciplinæ. Quicquid feceris, id sibi  
omnes faciendum putant. Causa ne committas  
quod aut qui reprehendere volunt, dignè lacerasse  
videantur, aut qui imitari, cogantur delinquere.

Vince quantum potes, imo plus quam potes mol-  
litiem animi tui, & ubertim fluentes lachrymas  
reprime, ne grandis pietas in nepotem apud incre-  
dulas mentes, desperatio putetur in deum. Deside-  
randus est tibi quasi absens, non quasi mortuus, ut  
illum expectare non amisisse videaris. Verum quid

<sup>† honesta.</sup>  
Rex.  
Episcopus.

Miseria &  
calamita-  
tes.  
Constan-  
tius.

Iulianus.

Iouinia-  
nus.

Valenti-  
nianus.

Valens.

Gratianus.

Valenti-  
nianus iu-  
nior.

ago: medens dolori quem iam reor & tempore &  
ratione sedatum, ac non potius replico tibi vicina  
regum miseras, & nostri temporis calamitates, et  
non tam plangendus sit qui hac luce caruerit, quam  
gratulandum ei qui de tantis malis euaserit. Con-  
stantinus Arrianus fautor heresios, dum contraria-  
micum paratur, & concitus fertur ad pugnam in  
Mopsi viculo moriens, magno dolore hosti rediuit  
imperium. Iulianus proditor anime sue & Chri-  
stiani iugulator exercitus, Christum sensit in Media,  
quem primum in Gallia denegarat. Damna Ro-  
manos propagare vult fines, perdidit propagari.  
Iouinianus gustatis tantum imperialibus em-  
tore prunarum suffocatus interiit, ostendens em-  
nibus quid sit humana potentia. Valentianus va-  
stati genitali solo, & multam patriam derelin-  
quens, vomitu sanguinis extinctus est. Huius germi-  
nus Valens Gotthico bello vietus in Thracia, enas-  
locum & mortis habuit, & sepulchri. Gratianus  
ab exercitu suo proditus, & ab obuijs urbis non  
receptus, ludibrio hosti fuit. cruentusq; manus vesti-  
gia, parietes tui Lugdune testantur. Adolescens va-  
lentinianus & pene puer post fugam, post exilia, post  
recuperatum multo sanguine imperium, hand pro-  
cul ab urbe fraternae mortis conscientia, necatus est. &  
cadauer exanime suspendio infamatu. Quid loquat-  
de Procopio, Maximo, Eugenio, qui utiq; dum re-  
rum potirentur, terrori gentibus erant? Omnes ca-  
pti steterunt ante ora victorum & (quod potentissimi)

simis quondam miserrimum est) prius ignominia ser-  
 vitus quam hostili mucrone confosci sunt. Dicat  
 aliquis: Regum talis conditio est, feriuntq; summos Horatius.  
 fulgura montes. Ad priuatas veniam dignitates,  
 nec de his loquar qui biennium excedunt, atq; ut  
 ceteros prætermittam, sufficit nobis trium nuper  
 consularium diuersos exitus scribere. Abundantius Abundan-  
 egens Pityunte exulat. Ruffini caput pilo Constan- tius.  
 tmopolim gestatum est, & abscissa manus dextera  
 ad dedecus insatiabilis auaritæ, ostiatim stipem  
 mendicauit. Timasius precipitatus repente de al- Timasius.  
 tissimo dignitatis gradu evasisse se putat, quod Asse-  
 viuit inglorius. Non calamitates miserorum, sed  
 fragilem humane conditionis narro statum. Hor-  
 ret animus temporum nostrum ruinas persecui. Ruinæ tē-  
 Viginti & eo amplius anni sunt quod inter Con- portum.  
 stantinopolim & Alpes Iulias, quotidie Romanus  
 sanguis effunditur. Scythiam, Thraciam, Ma-  
 cedoniam, Dardaniam, Daciam, <sup>†</sup>Theſſalonicam, <sup>†</sup>Theſſaloniam.  
 Achaiam, Epiros, Dalmatiam, cunctasq; Pan-  
 nonias, Gotthus, Sarmata, Quædus, Alanus, Hun-  
 ni, Vuandali, Marcomanni vastant, trahunt, rapiunt.  
 Quot matrone, quot virgines dei, & ingenua no-  
 bilitaq; corpora, his beluis fuere ludibrio. Capti  
 episcopi, intersecti presbyteri, & diuersorum offi-  
 cia clericorum. Subuersæ ecclesiæ, ad altaria Chri-  
 sti itabulati equi, martyrum effosæ reliquæ.  
 Vbiique luctus, ubique gemitus, & plurima mor-  
 tis imago. Romanus orbis ruit, & tamen ceruix

Aeneid. 2. nostra erecta non flectitur. Quid putas nunc animi  
habere Corinthios, Athenienses, Lacedemonios,  
Arcadas, cunctamq; Graciam, quibus imperantur  
barbari? Et certe paucas urbes nominauit, in  
quibus olim fuere regna non modica. Immuni-  
tis ab his malis videbatur oriens, & tantum  
Oriens. nuntijs consternatus. Ecce tibi anno preter-  
Et certe ibi. to ex ultimis Caucasi rupibus immisi in nos, non  
iam Arabix, sed septentrionis lupi, tantas brevi-  
provincias percurserunt. Quot monasteria cap-  
pta? Quante fluviorum, aquae humano cuore  
mutatae sunt? Obsessa Antiochia, & urbes reli-  
que quas Halis, Cydnus, Orentes, Euphrates  
perterfluent tracti greges captiuorum, Araxia,  
Phœnicio, Palestina AEGyptus timore capti-  
Non mihi si lingue centum sint, ora que cen-

Aeneid. 6. tum,

Ferrea vox,

Omnia pœnarum percurriere nomina possem.  
Neque enim historiam proposui scribere, sed no-  
stras breuiter flere miserias. Alioquin ad hæc me-  
rito explicanda & Thucydides & Salustius nui-  
sint. Felix Nepotianus qui hæc non videt, felix qui  
hæc non audit. Nos miseri qui aut patimus aut  
patientes fratres nostros tanta perspicimus, & tan-  
tuere volumus, eosq; , qui his carent flendos potius  
quam beatos putamus. Olim offendit sentimus, ne  
ploramus deum. Nostris peccatis barbari fortes  
sunt. Nostris vitijs Romanus superatur exercitus  
& quasi

& quasi non hæc sufficerent cladibus, plus penè bel-  
 laçilia, quam hostilis mucro consumpsit. Miseri  
 Israhælites, ad quorum comparationem Nabuchodo-  
 nosor seruus dei dicitur. Infelices nos, qui tantum <sup>Hiere. 25.</sup>  
 diligemus deo, ut per rabiem barbarorum, illius  
 in nos ira defeniat. Ezechias agit pænitentiam <sup>Esa. 37.</sup>  
 & centum octuaginta quinque milia Assyriorum ab  
 uno angelo vna nocte deleta sunt. Iosaphat laudes <sup>4. Reg. 19.  
2. Para. 17.</sup>  
 domini concinebat, & dominus pro laudante supe-  
 rabat. Moyses contra Amalech non gladio<sup>2</sup>, sed ora-  
 tione pugnauit. Si erigi volumus prosternamur,  
 Proch pudore & stolida usque ad incredulitatē mens.  
 Romanus exercitus victor orbis, & dominus ab his  
 vincitur, hos pauet, horum terretur aspectu, qui in-  
 gredin non valent. Qui si terram tetigerint: se mor-  
 tuos arbitrantur. Et non intelligimus prophetarum  
 voce: Fugient mille uno persequente? Nec am- <sup>Esa. 30.</sup>  
 putamus causas morbi, vt morbus pariter auferatur.  
 Statimq<sup>3</sup> cernamus sagittas pilis: tyaras, galeis: cabal  
 los equiscedere. Excessimus consolandi modum. Et  
 dum unius mortem flere prohibemus, totius orbis  
 mortuos planximus Xerxes ille rex potestissimus, qui <sup>Xerxes.</sup>  
 subuerit montes, maria constraint, cum de sub- <sup>Herodot<sup>8</sup></sup>  
 limi loco infinitā hominum multitudinem & innu- lib. 7. 8.  
 merabilem vidisset exercitum, flesse dicitur: quod  
 post centum annos, nullus eorum quos tunc cerne-  
 bat, superfuturus esset. O si possemus in talem af-  
 cendere speculam, de qua uniuersam terram sub  
 nostris pedibus cerneremus: iam tibi ostenderē totius

**Orbis rui-  
na.**

orbis ruinas, gentes gentibus, & regnare regnista-  
lisa, alias torqueri, alias necari, alias absorberi  
etibus, alias ad seruitutem trahi, hic nuptia, &  
planctum: illos nasci, istos mori, alias affluere al-  
litys, alias mendicare. Et non Xerxis tantum ex-  
ercitum, sed totius mundi homines, qui nunc ruunt  
in brevis spatio defuturos. Vincitur sermo in  
magnitudine, & minus est omne quod dicamus.  
Redcamus igitur ad nos, & quasi e celo descen-  
dentes, paulisper nostra videamus. Senta ne ob-  
secro te, quando insans, quando puer, quando in-  
uenis, quando robustae etatis, quando sexus fa-  
etus sis? Quotidie morimur, quotidie communis-  
muri, & tamen eternos nos esse credimus. Ha-  
ipsum quod dicto, quod scribitur, quod relego, quod

**† Trahitur.** emendo de vita mea tollitur. **† Quot puncta m-**  
**tarij,** tot meorum damina sunt temporum. Se-  
rimus atque rescribimus, transeunt maria episoli-  
tia.

**\* Fidente.** & scidente **\* fulcum carina per singulos fluctus,**  
**† Inminutus,** etatis nostrae momenta minuantur. Solam ha-  
bemus lucri, quod Christi nobis amore sociantur.

**2. Cor. 13.** Charitas patiens est, benigna est, charitas non gel-  
tur, non agit perpera, non inflatur, omnia sustinet,  
omnia credit, omnia sperat omnia patitur. Charitas  
nunquam excidit, hec semper viuit in pectore. Ob-  
hanc Nepotianus noster absens, presens est, & pa-  
rata terrarum spatia diuisos utraq; cōpletur manus.  
Habemus mutuae obsidem charitatis, iungamus spi-  
ritu, stringamus affectu, & fortitudinem mentis  
quām

Quambeatus papa Chromatius ostendit in dormitione germani, nos imitemur in filio. Illum nostra pagella decantet, illum nostræ litteræ sonent. Quæ corpore non valemus, recordatione teneamus. Et cum quo loqui non possumus, de eo loqui nunquam desinamus.

## ANNOTATIONES IN EPITA-

PHIUM NEPOTIANI.

**G**randes materias.] Subinde meminit huius epistolæ. Et primum quidem in Epitaphio Fabiolæ, ad Oceanum. Quartæ (inquit) æstatis circulus voluit, ex quo ad Heliodorum Episcopum, Nepotiani scribens Epitaphium, quicquid habere potui virium, in illo tunc dolore consumpsi. Deinde in præfatione commentariorum in Ionam. Triennium circiter fluxit, postquam quinque prophetas interpretatus sum, Michæam, Naum, Habacuc, Sophoniam, Haggæum & alio opere detentus, non potui implere quod cœperam. Scripsi enim librum de illustribus viris, & aduersus Iouinianum duo volumina, Apologeticum quoque, & de optimo genere interpretandi ad Pammachium, & ad Nepotianum, vel de Nepotiano duos libros, & alia, quæ narrare longum est. Postremo in epistola ad Augustinū, cuius initium: Tres simul. Epitaphium propriè inscribitur mortuorum, quod quidem in dormitione sanctæ memorie Nepotiani presbyteri, olim fecisse me noui.

*Ingenia parua non sustinent.*] Pulchrè alludit ad id Parua in quod habet Fabius lib. i. cap. 3. Cum adhuc rudia ma genia, gister tractabit ingenia, opus est non statim onerare infirmitatem discentium, sed temperare vires suas, & ad intellectū audientis descendere. Nā & vascula oris angusti superflusam humoris copiam respunnt, sensim autem

autem influentibus, vel etiam instillatis comple-

sic animi puerorum, quantum accipere possint, ve-

dendum est. Nam maiora intellectu velut parum ap-

tos ad percipiendum animos non subibunt.

*Et desiderij sui iaculo vulneratos, intollerabilis dolor*

*confecit.] Hæc est quorundam codicum lectio.*

*Vbi est ille ἐποδιώκτης noster.] Septuaginta inter-*

*pretes cap. 5. Exod. hac voce videntur, ἐποδιώκτης*

*λαοῦ.*

*Stilus ipse quasi dissentiens. ] Indicat verum ex-*

*emplar legendum, sentiens, quod magis placet, cum se-*

*quatur, & cera subtrahitur. Sic in Epistola, cuius ini-*

*tium: Mensuram. Ipsi literarum apices sentiunt.*

*In verba prorumpere. ] Peculiare est hoc Hiero-*

*mo. In cap. 5. ad Galatas. Cupio in verba prouin-*

*re. Et alibi saepius.*

**Sepulchro  
rū ornat<sup>2</sup>** *Et super tumulum eius epitaphij huius flores spargit. ]*

Ad Pammachium. Sanato vulneri. Cæteri marij, fu-

per tumulos coniugum spargunt violas, rosas, lilia,

floresque purpureos &c. Fuisse olim consuetudine

ut sepulchra ornarentur floribus, docet Virgilii in

Bucolicis Egloga. 5.

*Spargite humum foliis, inducite fontibus umbras.*

*Et tumulum facite, & tumulo superaddite carmen.*

**Laudare  
pro ro-**

**stris.** *Moris quondam fuit, ut super cadavera parentum de-*

*functorum, in concione, pro rostris laudes liberi dicerent. ]*

Suetonius in Julio Cæsare. Quæstor Iuliā amitā, vix-

remque Corneliam, defunctas laudauit è more pro

rostris. Augustus duodecimum annum agens, autam

Iuliam defunctam pro concione laudauit. Tiberius

nouem natus annos, defunctum patrem laudibus es-

tulit. Plura huius rei apud scriptores extant exempla.

*Et auidis fauibus predam putas. ] Ad Theophilum,*

*qui initium: Epistola tua. Ut auidis & plenis fa-*

*cibus, dulcia pacis fluenta biberemus. Item in cap.*

*Ils. 34. Ion. 2. Mich. 6. Auidis fauibus sitire sanguine-*

*Ant.*

IN EPISTAPHIVM NEPOT. 77

Interiora ad uno dente confossa sunt.] Ad uno dente comprehendere. in cap. 7. Micheæ.

Flammea illa romphaea, custos paradisi, ac presidens seribus Cherubim, Christi restineta & reserata sunt sanguine.] Huic affine est, id quod habet in cap. 3. Ecclesiastæ. Antequam flammeam illam rotam, & ignem romphæam ad paradisi fores Christus cum latrone teleraret, clausa erant cælestia & spiritus peccati hominisque æqualis vilitas coartabat.

Vbi tunc totius orbis homines, ab India usque ad Britanniam, à rigida septentrionis plaga, usque ad ferores Atlantici Oceani.] Hanc sententiam ipsam fecit verbis, sed paulo copiosius in ca. 39. Esaïæ, prosequitur. Item in cap. 8. Amos.

Quæ nationes sue crucis titulo, Dominus dedicauit.] Alias: Quæ nationes fidei suæ, in crucis suæ titulo, dominus dedicauit.

Immortalem animum, & post dissolutionem corporis subuentem, quod Pythagoras somniauit.] In Apolo- Pythagoras. glia aduersus Ruffinum, cuius initium: Lectis literis. Audi quid apud Græcos Pythagoras inuenierit. Immortales esse animas, & de alijs corporibus transire ad alia. Vide apud Diodorum Siculum lib. 1. Bibliotheca, quæ citat Eusebius. lib. 10. præparationis Evangelicæ. οὐθαγόρει τὰ μετά τὰς ιεροὺς λόγους, καὶ γαγγίσκας θεωρημάτα, τὰς τὰς εἰς τὸν Θεὸν ἀριθμούς, τὸν διὰ τὴν εἰς πάντας ζῶντας τὸν ψυχῆς μεταβολῆς μαθεῖν ταξίδιαν.

Democritus credidit.] Qui germanam hanc putant Democritus. esse lectionem, aduentant verba Plinij cap. 55. lib. 7. na tus. turalis historiae. Similis & de afferuandis corporibus hominum, ac reuiuscendis promissa à Democrito vanitas, qui non requirit ipse. Quæ malum dementia est iterari vitam morte? Et Cic. in Tusculanis lib. 5. Democritum (inquit) insimulat Epicurus, quod creditur animos remanere, post mortem. Plutarchus autem

78 ANNO. D. HENR. GRAVII

autē περὶ ἀντοκόνων. lib. 4. cap. 7. ait Democritum  
Epicurum sensisse animam φθερόντι τούτην  
αφθειρομένην. Diodorus, ubi supra, τὸν οὐρανὸν  
καὶ Δημόκρητον παρὰ ἀντοκόνων εἶπε διατρέψας τὸν  
λόγον διδαχθῆναι τὴν γῆν αἱρούσαν. Vide Landmannus  
textio, cap. decimo octauo.

Socrates. In consolationem damnationis sue, Socrates dicitur  
uit in carcere.] In Critone Platonis, & Socratis Apo-  
logia.

Bessus. Bessorum feritas. ] Horum meminit in epistola,  
cuius initium. Et vestrīs . Paulinus de reditu Ni-  
cetæ,

Nam simul terris animisq; duris,  
Et sua Bessi nunc duriores,  
Nunc oves facti, duce te gregantur  
Pacis in aulam.

Nunc magis dines pretio laboris  
Bessus exultat, quod humi manus  
Ante querebat modo mente celum

Colligit aurum.

Pelliti. Et pellitorum turba populorum, quis mortuorum quo-  
dam fériis, homines immolabant. ] Cicero pro M. Sciu-  
ro (ut citat Ausonius) Sordidissimæ, levissimæ, va-  
nissimæ genti, ac prope dicam, pelliis testibus con-  
donerur. Propertius Elegiarum, lib. 4.

Curia pretesto que nunc nitet alta senatu,

Pellitos habuit rustica corda patres. Pelliti su-  
rem populi qui sint, compertum non habeo.  
Quid agimus anima?] Quintiliani est, declamatione

Anaxa-  
goras. Anaxagore, ac Telamonis, semper laudata sente-  
tia . Sciebam me genuisse mortalem. ] Aliás. Sciebam ex  
me genitum esse mortalem. Cic. lib. 3. quast. Tusca-  
narum . Ego (loquitur autem Telamon) cum ge-  
nui tum moriturum sciui, & ei rei sustuli: Praterca-

ad Trojam, cum misi ob defendendam Græciam,  
sciebam me in mortiferum bellum, non in epulas  
mittere. Et ibidem Anaxagoras, sciebam me ge-  
noisse mortalem. Huius rei magnificam facit mens  
Seneca de consolatione ad Polybium, & Va-  
terius Maximus cap. 10. lib. 5.

Legimus Crantorem, cuius volumen, ad confoundendum  
dolorem suum, secutus est Cicero.] Cicero in consola-  
tionis filiae Crantorem (inquit) sequor. Idem 1. & 3.  
lib. Tusculanarum quest.

Clitomachi, Carneadis.] Cicero lib. 4. questionum Clicomae.  
Tusculanarum. Legimus librum Clitomachi, quem chus.  
ille eversa Carthagine, misit consolandi causa ad  
captiuos ciues suos. In eo est disputatio scripta Car-  
neadis, quam se ait in commentarium retulisse, cum  
positum esset, videri fore in ægritudine sapientem pa-  
tria capta. Quæ Carneades contra dixerit scripta  
sunt.

L. Paulus septem diebus inter duorum exequias filio-  
rum triumphans, urbem ingressus est, Pretermitto L. Paulus.  
Maximos Catones.] Cicero Tusculanatum quæstio-  
num libro tertio. Quid qui non putant lugendum  
viris, qualis fuit Q. Maximus, effrenens filium con-  
sularem, & qualis L. Paulus, duobus, paucis diebus  
amissis filijs, qualis M. Cato, prætore designato  
mortuo filio, quales reliqui, quos in consolatione  
collegimus.

Quorum orbitates in consolationis libro Tullius exa-  
plicavit.] Lege epistolam Scruij Sulpitij ad Cicero-  
nem lib. 4. & Ciceronis ad Sulpitium.

Et sicut hi, qui in brevi tabella, terrarum situs plo-  
sum, L. Flotus in prologo epitomes, faciam quod  
solent, qui terrarum situs pingunt, in brevi quasi ta-  
bella totum eius imaginem amplectar. His alludit  
Ausonius

80 ANNO. D. HENR. GRAVII

Ausonius in panegyrico Gratiani.

*Sicque ad ipsum per gradus sermo perueniat.] Magis pere delectatus est Hieronymus hac dicendi forma et scriptia sua haud paucis in locis clamant. Deformata est autem, ex verbis Hilarii lib. 9. de Trinitate, superioribus responsionis nostra sermo descendat, per gradus demonstratæ fidei, iam in ipso apice rebus Dei Christi, libertas nostræ fiduciæ conquietetur.*

*Aut non degenerasse à bonis, aut medocis ipsius nasse videatur.] Allusio est ad verba Fabii lib. 3. cap. 5. Magis est varia laus hominum. Nam primum dividitur in tempora, quodque ante eos fuit, quoque ipsi vixerunt. In his autem, qui fato sunt functi, etiā quod eis insecurum. Ante hominem patria ac parentes, in quo resque erunt, quorum duplex tractatus erit, aut humilius respondibile nobilitati pulchrum erit, aut humilius eius illustrasse factis.*

*Nec me iactabo de genere, id est, de alienis bonis. Fe de antiquorū codicum legendum potius alienigenam. Sic Valerius Maximus li. 2. memorabilium ca. 1. Quod sinquit) Athenas, quam scholam? quæ alienigena huius, huic domestica prætulerim?*

*Ananias cui submittens caput.] Nec patuo errore dicitur, qui fortasse hac sententia subnixi, Ananias ex Hebraico putant yetti posse oucim, quod Augustinus quoque videtur placuisse, nisi sermo fallat, quod ipsius titulo circumfertur in conuersione Pauli.*

*Quidquid castrensis peculiū fuit.] Castrense peculiū est, quod à parentibus vel agnatis in militia degredi donatum est, vel quod ipse filius familias in milite acquisivit, quod nisi militaret, acquisitus non sufficeret.*

*Excepta rīli tunica, oppimento pari, quo te ipsum cum corpore frigus excluderet.] Infra ad Lactam. Talis vestimenta patet, quibus pellatur frigus, non quantum corpora nudentur. Rursus ad Principiā. Talibus rīli est vestibus, quibus arceret frigus, non mēbra nudare.*

Cū arderet quotidie, aut ad Aegypti monasteria per-  
git, aut Mesopotamie visere choros.] Aegyptum ac  
Mesopotamiam, monachorum floruisse agminibus,  
& pati inter se pietate contendisse, testis est Hicio-  
nimus non in uno loco.

*Vel certe insularum Dalmatiae.*] Et ibi frequens erat  
monachorum turba.

*Quæ Altino tantum freto distant.*] Vide Plinium  
lib. 3. historiæ naturalis in regione decima, quæ Ve-  
netia est. cap. 18.

*Et canos in sapientia.*] Ad illud Sapientia 4. alludit  
vulgaris ὡραῖος φρόντις ἀνθρώποις, quod vulgaris transla-  
tio habet. Cani sunt sensus hominis.

*Electumq; à Moyse presbyterum, quem ipse sciret esse*  
*presbyterum.*] Presbyteri (iuxta Origenem Homilia Presbyteri.  
16. in Iosue) appellantur, pro maturitate sensus, &  
grauitate vitae. Respicit autem Hieronymus ad ver-  
ba Domini, Numeri 11. Congrega mihi septuagin-  
ta viros de senioribus Israël, quos tu nosti, quod se-  
nes populi sint. Vbi septuaginta, Συνάγαγε μοι εβδο-  
μάκοντα ἄρδης ἀπὸ τῶν πρεσβύτερων ἵστανται ὅτι τὸ  
ἀπεστάλτου, ὅτι δῆλοι εἰσὶ πρεσβύτεροι τοῦ λαοῦ καὶ  
χρηματίσις αὐτῶν καὶ ἀξεῖς αὐτοὺς εἰς τὴν σκηνὴν τοῦ  
καρπού.

*Igitur clericatum non honorem intelligens, sed onus.*] Rutilius Lupus in Paranomasia. Traditam sibi publi-  
corum custodiam sacrorum, non honori, sed oneri  
existimauit.

*Viduas & virgines Christi honorare ut matres, hore-  
tarī ut sorores, in omni castitate.*] Ad Pauli verba allu-  
dit, 1. ad Timot. 5. Seniorem ne increpaueris, sed  
obsecra ut patrem, iuuenes ut fratres, anus ut matres,  
iuuenicas ut sorores, cum castitate, εἰ πάσῃ ἀγριε.

*In aurigae modum,*] Innumera sunt loca, in quibus  
simili forma vtitur.

*Ita Victorinus]* Pitabionensem sentit, ut infra la-  
tius

tius in epistola ad Paulinum.

*Et interpellatricē duri iudicis mīhi viduam exhibebit.] Alludit ad parabolam euangelicam Luc. 18. de iniquo iudice, qui nec Deum, nec homines reverebatur, at tamen improbitate vidux vicitus, functus est officio.*

*Et breui libelli, amicitias nostras, eternā memoriā consecrari.] In cap. 20. Ezechielis. Totos nos eius nomini cōsecremus. Respxit Ciceronis verba ad Quintum fratrem. Cum amplissimis monumentis consecrare voluisses memoriam nominis tui. Idem: Cathaginem ad aeternam hominum memoriam consecravit.*

Croesij  
Darij.

*Croesi opes & Darij duitias se viciose lastrabat.] Ad Julianum in epistola cuius initium: Filius meus. Nō que enim Darij opes, & Croesi duitiae, valent exp̄ire pauperes mundi. Eadem imago apud Mariam Capellam. lib. 6. Fœmina admodum locuples, & quæ illas Croesias, Dariasque pr̄c suis opes, gazarique despiciat.*

*Alij nummum addunt nummo, & matrifijum segantes, matronarum opes, venentur obsequiis.] De hismodi obsequiis supra. Audio (inquit) præterea senes, & anus absque liberis, quotundam turpe feritum. Et mox, ut suspiret eos ecclesia duities, contenuit mundus ante mendicos. In enarratione cap. 3. Micheæ. Si sub occasione pauperum, paucæ ditantur domus, & in vitro ac vase fictili aurum commidimus, aut cum thesauris mutemus & veiles, aut pauper habitus non querat duitias senatorum.*

*Nobilem virum, Q. Fabium miratur antiquitas, qui etiā Romæ scriptor historie est.] Extant huius fragmenta quædam, de aureo seculo, & de origine urbis Romæ.*

*Hieram quoque mulieris Tyrie filium.] Historia refert tertij Regum. cap. 7.*

*Quomodo enim letæ segetes, & rheres agri, inter dum calmis aristisq; luxuriant.] Videtur respergisse Vinculum*

Virgilij carmina i. Georgicorum.

Quid, qui ne grauidis procumbat culmus aristis,  
Laxariem segetum, tenera depasit in herba.

Bene (ait Scutius) luxuriem, ut ostendat rem super-  
fluam, nocitaram nisi amputetur.

Vnde & apud Grecos philosophus ille laudatur, qui Hippias.  
emne quo veteretur, usque ad pallium & annulum manus  
sua factum gloriatus est.] Apud Platonem in Hippia  
minore, & Lucianum in Hippia & Philostratum lib. I.,  
de viris philosophorum. Cic. 3. de Oratore. Herillus  
Hippias, cum Olympiam venisset, maxima illa quin-  
quennali celebritate ludorum, gloriatus est, cuncta  
pene audiente Graecia, nihil esse vila in arte rerum  
omnium, quod ipse nesciret nec solum has artes, qui  
bus literales doctrinæ, atque ingenuæ continentur,  
Geometriam, Musicam, literarum cognitionem &  
poëtarum atque illa que de naturis rerum, quæ de  
hominum moribus, quæ de rep. dicerentur: sed an-  
nulum, quem haberet, pallium quo amictus, soccos  
quibus induitus esset, se sua manu confecisse. Fabius  
lib. 12. cap. II. ut Elium Hippiam transeat, qui non  
liberalium modo disciplinarum præ se scientiam tulit  
sed vestem & annulum, crepidasque, quæ omnia manu  
sua fecerat, in vsu habuit, atque ita se præparauit, ne  
enius alterius ope egeret, néve ullius rei. Apuleius lib.  
2. Floridorū. Ut Hippias è numero Sophistatum est.  
antum multitudine prior omnibus, eloquentia nulli  
secundus, ætas illi cum Socrate. Mox. Omnia secù quæ  
habebat, nihil eorum emerat, sed suis sibi manibus cō-  
ficerat. Habebat amictui pallium candidum, quod su-  
perne circumiecerat. Id quoque pallium cooperatoris  
ipsius labore in fuisse. Etiam pedum tegumenta crepi-  
das sibi compegerat, & annulum in lœua aurum fa-  
berrimo signaculo, quem ostendebat. Ipse eius annuli  
& orbiculum circulauerat, & palam clauscrat & gem-  
mam insculpscrat.

84 ANNOT. D. HENR. GRAVII

Macte virtute, cuius talia principia, qualis finis eris? In Epistola: Bonus homo ad Paulinum. Macte virtute, qui talia habes rudimenta, qualis exercitatus miles eris? Est Lucilij.

Macte inquam virtute simulq; his versibus esto. Et Ciceronis ad Atticum lib. 12. Item Tuscul. quæst. 1. Et Titi Livij lib. 1. Decadis 1. Iuberem macte virtute esse pro mea patria ista virtus staret. Aeneid. 9. Macte noua virtute puer sic itur ad astra.

Quid te subtrahis? Quid tergiuersaris oratio? Non abhorret ab illo Ciceronis lib. 3. Tuscul. quæst. Quid tergiuersamur Epicure? Et pro Gn. Plancio. Quid tales? quid dissimulas? quid tergiuersaris?

Et obfirmato animo, non queo dissimulare dolorem patior. ] Plautus in Amphit. Feram & perferam vicem eius abitum, animo forti atque obfirmato.

Nostræ necessitudinis recordari. ] Necessitudo, Fronto, vel sanguinis, vel meritorum est, cum prætoribus, cum amicis. Necessitas immutabilis res est, ut mori necessitatis. Mox Hieronymus. Irreducibilis mortis necessitas.

Sed huicmodi officium in bonis iucundius est, in malis gratius. ] Ambrosius de obitu fratris. Mallem fratrem viuere, sed tamen publicum officium, in secundis rebus iucundius est, in aduersis gratius. Ut ergo allusit ad Ciceronis verba ad Sulpitium. Seruitus tenuis omnibus rebus interfuit, cuius officia eti aliquid iucundiora, nunquam tamen gratiora. Et ad Ardum. Fuit mihi sæpe & laudis nostræ gratulatio rauca, & timoris consolatio grata. Consule Vallani lib. 4. cap. 89.

Platonis sententia est, omnem sapientium vitam, meditationem esse mortis. ] In Phedone. Cicero libro primo Tusculanarum quæstionum. Tota enim Philofororum vita, commentatio mortis est. Eandem sententiam citat Hieronymus ad Principiam.

Necessi-  
tudo.

*Vnde & Niobam, quia multum fleuerit in lapidem.] Niobe.*  
 Ad Oceanum, in epistola, cuius initium: Nunquam.  
 Nioben putares, quæ nimio fletu in lapidem versa  
 est. Ouidius 6. Metamor. Cicero lib. 3. Tuscul. quæst.  
 Niobe (inquit) singitur lapidea, propter æternum cre-  
 do in luctu silentium.

*Quicquid feceris, id sibi omnes facendum putant.]*  
 Haud dubium, quin alludat ad id, quod supra scri-  
 bit Nepotiano. Non confundant opera sermonem  
 tuum, ne cum in Ecclesia loqueris, tacitus quilibet  
 respondeat. Cur ergo hæc, quæ dicis, ipse non facis?  
 Cicero eandem sententia imaginem habet, in Verri-  
 nis. acti. 4. Legem sibi ipsi indicunt innocentia, cō-  
 tentia, virtutumque omnium, qui ab altero ratio-  
 nem vitæ reposcunt. Nam qui sibi sumpsit ut corri-  
 gat mores aliorum, & peccata reprehendat, quis huic  
 ignoscat, si qua in re ipse ab religione officij decli-  
 nat? Etenim non modo accusator, sed ne obiurgâ-  
 tor quidem ferendus est is, qui quod in altero vitiū  
 reprehenderit, in eo ipse deprehendatur.

*Verum quid ago medens dolori, quem iam reor & Dolore-  
 tempore & ratione sedatum?] Sumptum videtur ex Ci- pore cura-  
 ceronis lib. epistolat. familiar. 4. Nullus dolor est, quæ tur & ra-  
 non longinquitas temporis minuat atque molliat. La-  
 &ntius Firminianus lib. 1. cap. 15. de Cicerone. Neque  
 enim puto illum, tam varie, tam copiose, tam ornate  
 scribere potuisse, nisi luctum eius, & ratio ipsa, &  
 consolatio amicorum, & temporis longitudo miti-  
 gasset.*

*Et non tam plangendus sit, qui hac luce caruerit, quæ  
 gratulandum ei, qui de tantis malis euaserit.] Cicero  
 libro quæstionum Tusculanarum primo, sub finem  
 hac de re grauius atque acute disputat: cuius verba  
 subjicerem, quandoquidem longum foret, lectorem  
 ad Ciceronem mittimus.*

*Constantius. Ariane fautor heresios.] Constantiū Constan-  
 G 3 hunc tius.*

hunc Constantini filium, ac Constantis fratrem, sed etum Ariana hæresi scribit Paulus Orolius his fero verbis libro septimo. Ille qui discissa pace, & unitate fidei catholicæ, Christianos aduersus Christianos armans, ciuili, ut ita dicam, bello, ecclesiæ membra dilacerauerat, totum inquietum tempus imperij sui, inter Iestumque spacium vitæ suæ bellis ciuilibus, etiam per propinquos & consanguineos excitatus exercuit, exegit, expendit.

*In Mops viculo moriens.] Hieronymus in appendice chronicorum Eusebij. Anno Domini 164. Constantius Mopsocrenis, inter Ciliciam Cappadociam que moritur, anno ætatis 45.*

Tullianus

*Tullianus proditor anime sue.] In enarratione capitulo Habacuc, Dum essem puer, & in grammatica ludo exerceceret, omnesque urbes victimarum sanguine polluerentur, ac subito in ipso persecutionis aede, Tulliani nunciatus esset interitus, eleganter venus de ethniciis, Quomodo (inquit) Christiani dicuntur Deum suum esse patientem & aνεζηγον? Nihil irascundius, nihil hoc furore praesentius, ne modico quidem spacio, indignationem suam ferre poterat. Hoc ille ludens dixerit. Item ad Magnum Orationem Parthica, aduersus Christum euomuit, & multa fabulas poëtorum, suo se ensé lacerauit, Nazarenum Christum, & ut ipse solebat dicere Galileum, statim in prelio sensit, & mercedem linguis putidissimæ, conto ilia perfostrus interiit. Emeritus locum fœdissime corruptum, pro contumelias Eusebij Hieronymus, Tullianus inquit in chronicis Eusebii Hieronymus, Tullianus inquit in Persas profectus, nostrum post victoriam dijs sanguinem profuerat, ubi à quadam simulata perfuga ad delen perductus, cum famem & siti apostata perditus exercitum, & inconsultius à suorum erraret agminis*

but, ab obuio, forte hostium, milite, conto ilia per-  
follis interiit, anno ætatis 32.

*Iouianianus gustatis tantum imperialibus bonis.] Im-*  
*perium eius cassum & vmbritale vocat Ammianus*  
*Marcellinus lib. 21.*

*Valentinianus vastato genitali solo, & inultam pæ* Valenti-  
*niam derelinquens vomitus sanguinis extincus est.] In* nianus.  
*Lipstola ad Præsidium. Nuper Imperator Valen-*  
*tianus, cum aduersus Sarmatas. Quodisque pro-*  
*pter Illyrij, vastationem in consistorio saeuus infre-*  
*meret, & totius gentis excidium rigidus minaretur,*  
*sanguine erumpente discrepuit.*

*Huius germanus Valens Götthicō bello nictus in Valens.*  
*Thracia, eundem locum & mortis habuit & sepulchri.]*  
*Hieronymus in dicta iam epistola. Quid loquar de*  
*fratre eius, quem contra regale fastigium, Thraciae*  
*ignis absorbuit.*

*Gratianus ab exercitu suo proditus.] Ibidem Hie- Gratianus*  
*ronymus. Nec dum annus expletus est, quo prin-.*  
*cipem Gratianum prodente exercitu suo, ante*  
*fœda captiuitas, dehinc miserabilior oppressit in-*  
*teitus.*

*Adolescens Valentinianus, & pene puer.] Huic Valenti-*  
*scribit D. Ambrosius famigeratam illam epistolam, nianus iu-*  
*de legatione ad Maximum. Et in libro de obitu eius. nior.*  
*Ego te, inquit suscepi parvulum, cum ad hostem*  
*caum pergerem, ego Iustinæ maternis traditum ma-*  
*nibus amplexus sum.*

*Haud procul ab urbe fraternæ mortis conscientia, ne-*  
*tatus est, & cadaver exanime, suspendo infamma-*  
*tum.] Prosper in chronicis. Arcadio secundo, &*  
*Ruffino consubibus, Valentinianus ad vitæ fasti-*  
*dium, nimia Arbogastis magistri militum austerita-*  
*te ductus, laqueo apud Viennam periit.*

38 ANNOT. D. HENR. GRAVII  
Ferunt summos fulgura montes.] Est Horatij Od.  
10. libro secundo.

Sepius ventis agitatur ingens  
Pinus, & celsa grauiore casu.  
Decidunt turres, feruntq; summos

Fulgura montes.

Abundā-  
tius. Abundantius agens.] Hic consul fuit cum Theo-  
dosio, testibus Prospero & Cassiodoro.  
Pityunte exultat.] Theodoreetus lib. 5. historia Ec-  
clesiastæ cap. 34. Eis πιλυσύνηα μετέποιει, τέρπει  
τοῦ θεοῦ τοῦ πόντου, καὶ τὸ ρωμαῖον οὐρανόν, τοῦ  
ἀμφιάλεις γειγεῦνον βαρβάροις.

Ruffinus Russini caput pilo Constantinopolis gestatum est, al-  
scissa manus dextera, ad dedecus insatiabilis curia,  
ostiatim stipem mendicauit.] Historia extat apud Chro-  
mianum Poëtam lib. 2. in Ruffinum, cuius veris-  
quantum ad hunc locum explicandum sufficiat  
subiungo.

Nec minus assiduis certant elidere saxis  
Prodigiale caput, quod iam de cuspide summa  
Nutabat, digna rediens ad matnia pompa.  
Dextera quin etiam ludo concessa vagatur,  
Aera petens, pœnasq; animi persoluit auari,  
Terribili lucro, viuosq; imitata recessus

Cogitur adductis digitos infletere neris.  
Paulus Orosius lib. 7. Ruffinus, cui Orientalis aula  
cura commissa erat, cum sibi regale affectaret fau-  
gium, gentes barbaras immisit. Marcellinus in chro-  
nicis. Olibrio & Probino consulibus. Ruffinus in chro-  
nicis. Arcadio Principi insidias tendens, Alaricum Gotha-  
rum Regem, missis ei pecunijs, infestum rep. fecit, &  
in Graeciam misit. Porro detecto dolo suo, Ruffinus  
ab Italicis militibus olim cum Catina comite Ar-  
dio missis, ante portam urbis merito trucidatus  
Caput eius, manusque dextera, per totam Constan-  
tinopolim demonstrata. Meminit huius rei & Soc-

et libro sexto historiæ Ecclesiasticae capite primo.

*Timasius precipitatus repente de alijsimo dignitatis Timasius gradu.] Fuit hic consul cum Promoto anno 5. Valen-*

*tianii, cum Theodosio.*

*Eusisse se putat, quod Aſſe viuit inglorius.] In qui-*  
*bosdam exemplaribus legitur quod ouans aſſe viuit in-*  
*glorius, legendū puto Oaſi. de qua videtur loqui Hie-*  
*Oaſis.  
tonymus, in vita Hilarionis. Perrexit (inquit) Ale-*  
*xandriam, inde ad vltiorem Oaſam heretum trans-*  
*situs. Ibi quidam codices habent: Interiorem Oaſam,*  
*haud dubium, scriptum fuit, Oaſi. Est autem*  
*Prolomeo Oaſis parua, & Oaſis magna. In hac here-*  
*mo scribit Theodoretus lib. 4. cap. 15. Euolciū dia-*  
*tonum exulasse, εἰς δασούς οὐ τὸ ἔγχον πολιχνεον.*

*Viginti eo amplius anni sunt, quod inter Constanti-*  
*nopolim.] Similia scribit in cap. Oſee 4.. Hoc qui non*  
*credit accidisse populo Iſraël, cernat Illyricum, Thra-*  
*cias, Macedonia atque Pannonias, omnemque ter-*  
*ram, que à Propontide & Bophoro vſque ad Alpes*  
*Iulia tenditur, & probabit, cum hominibus & ani-*  
*mantia cuncta deficere, quæ in viſus hominum à crea-*  
*tore prius alebantur.*

*Vbiq[ue] luctus, vbiq[ue] gemitus, & plurima mortis*  
*imago.] Virgilij est 2. Aeneid.*

*Crudelis vbiq[ue]*

*Luctus, vbiq[ue] paor, & plurima mortis imago.*

*Anno præterito, ex ultimis Caucasi montibus, immisi*  
*in nos, non iam Arabie, sed septentrionales lupi, tantas*  
*breui prouincias percurrerunt. Vide iuxta 70. Habacuc*  
*1. Et Sophoniae 3. In enarratione cap. 7. Esaiæ. At nūc*  
*magna pars Romani orbis, quondam Iudeæ similis*  
*est, quod absque ira Dei factum non putamus, qui*  
*nequaquam contemptum sui per Assyrios vlciscitur*  
*& Chaldæos, sed per feras gentes, & quondam no-*  
*bis incoguitas, quarum vultus & sermo terribilis est,*  
*& feminas incisaque facies præferentes, virorum,*  
*G 5 & bene*

& bene barbatorum fugientia terga confodunt. A finia his sunt quæ habet in præfatione libro septimo in Ezechiele. De Hunis loqui Hieronymum haud dubium est, de qnibus ad Agerochiam, & ad Puniciam, Item in Epitaphio Fabiolæ. Vide & Marcellinum lib. 31.

*Fælix Nepotianus, qui hec non videt, fælix qui illa non audit.]* Deductum ex libro tertio Ciceronis de Oratore. Non videt (loquitur de Crasso.) Ha- grantem Italiam bello, non ardente inuidia fensa- tum, & quæ sequuntur.

*Illius in nos ira desauit.]* Phrasis multum vspor- ta Hieronymo, ac etiam in factis litetis.

*Qui ingredi non valent, qui si terram tetigerint, ja- mortuos arbitrantur.]* Huni (ait Marcellinus) hirsuta crura corijs muniunt hedinis, eorumque calcei for- mulis nullis aptati, vetant incedere gressibus liberis, qua caussa ad pedestres parum accommodari sunt pugnas.

*Statimq; cernamus sagittas, pīss, tiaras, galas, ca- ballos equis cedere.]* Huni tiatis, hoc est, ut Ammio- nus appellat, galeris incuruis capita tegunt, procul vtuntur missilibus telis, acutis osib; pro spiculis acumine arte mira coagmentatis, verum equis prope affixi duris quidem, sed deformibus, & mulie- briter quidem eisdem nonnunquam insidentes, fa- guntur muneribus consuetis & iphi. De his videtur loqui Prudentius lib. 2. in Symmachum.

*Nullus mea barbarus hostis,  
Cuspide claustra quatit non armis, veste, comis;  
Ignotus, capta passim vagus errat in urbe  
Transalpina meam rapiens in vincula pleben.*

*Xerxes ille rex potentissimus, qui subuerit montes.  
In Danielis cap. 6. Xerxes rex potentissimus, & di- tissimus, aduersum Græciam innumerablem duxit exercitum, & ea gelsit quæ Græcorum narrant hi- historiæ.*

Huni

Tiaræ,

Xerxes.

istoria. Succedit enim Athenas sub Principe Callia, bellumque ex eo tempore gestum est in Thermopylis & apud Salaminam nauale certamen, quando Sophocles & Euripides clari habebantur, & Themistocles in Persas fugiens, hausto tauri sanguine, pent. Similia ferine in chronicis Eusebij Olympiade 75 & deinceps. Valerius Maximus libro tertio capite secundo. Grauem illum, & mari & terrae Xerxem, nec hominibus tautum terribilem, sed Neptuno quoque compedes, & celo tenebras minitantes.

Fleesse dicitur. ] Refert Herodotus in Polymnia. Plinius libro tertio epitolarum. Modo. Nam ferebunt Xerxem cum immensum exercitum, oculis obiecti illachrymasse, quod tot milibus, tam breuis imminet occasus.

O si bossemus in talem ascendere speculam, de qua vni- Specula  
versam terram sub pedibus nostris cerneremus. ] In pra-  
fatione libro decimoquarto in Elatiam. Quasi in  
quadam specula constitutus, mundi huius turbines  
atque naufragia, non absque gemitu & dolore con-  
templot, nequaquam præsenzia cogitans, sed futu-  
ra, nec hominum famam, atque rumusculos, sed  
Dei iudicium pertimescens. Gaudet & Cyprianus  
atque Lactantius hac verborum forma. Cyprianus  
quidem in epistola ad Donatum: Lactantius vero  
libro secundo capite secundo: Videntur autem re-  
spexisse ad verba Ciceronis libro quarto epitolarum  
ad Ser. Sulpitium. Multo enim ante tanquam ex  
aliqua specula, prospexi tempestate futuram. Phra-  
sis multum visitata scriptoribus, tam Græcis quam  
Latinis.

Sentis ne obsecro te, quando infans, quando puer, quan- Aestates  
do iuuenis, quando robustæ etatis, quando senex fa- hominis.  
mus sis! ] In capite sexto Amos. Res seculi, & omnia  
corpora

92 A N. IN EPIS. III. AD NEPO.  
Verg. 3.  
Georg.

corpora secundum Epicurum per momenta fluunt  
& abeunt, & nihil in suo consistit statu, sed crescunt omnia vel decrescent, & aquarum more rotentium labuntur in præceps. Vnde & in sæculari literatura legimus : sed fugit interea, fugit irreparabilis tempus. Et in alio loco : Heu, heu fugaces, posthume, Posthume labuntur anni. Nihil enim fugaces, sæculo rebusque sæculi. Quas dum teneamus amamus: & per infantiam, pueritiam, iuuentutem, ac virilem, & ingrauescensem, ac maturam æatem, nosque ultimos senectutis: in quæ septem spacia Philosophi vitam describit humanam, mutamur & currimus, & nescientes ad mortis terminos peruenimus. Cicerio Philipp. 11. Nihil enim semper floret, etas succedit ætati. His adde quæ habes apud Plinium libro septimo cap. 50.

Hoc ipsum quod dicto, quod scribitur, quod regi  
quod emendo, de vita mea tollitur.] In capite Esaie 42.  
Reuera, si quis fragilitatem carnis aspiciat, & quo  
per horarum momenta crescamus statu, ipsumque quod loqui  
nec in eodem manemus statu, ipsumque quod loqui  
mur, dictamus ac scribimus, de vitæ nostræ parte pa-  
teruolat, non dubitabit carnem fænum dicete, & glori-  
riam eius, quasi gloriam sceni, siue prata camporum.  
Qui dudum infans, subito puer, qui puer repente  
iuensis, & usque ad senectutem per spacia mutari  
incerta, & ante se senem intelligit, quam iuventu-  
non esse se miretur. Pulchra mulier, qua adoratur  
centulorum post se trahebat greges, arata rugis fronte  
contrahitur, & quæ prius amor, postea fastidio  
est. Quod & egregius apud Græcos scribit oratio  
Speciem corporis, aut tempore deficere, aut lange-  
re consumi. Eadem fere habet in commentarijs cap.  
6. ad Galat:

Ee fortitudinem mentis, quam beatus papa Clemens  
piss ostendit in dormitione germani, nos imitemur in fide  
Scalæ

Sentit Eusebium, Chromatij germanum, cuius mentionem in epistola ad Nitiam. Ecce beatus Chromatius cum sancto Eusebio, non plus natura, quam mortali sibi aequalitate germani, literario me prouocant officio.

## EPISTOLA QVARTA.

### ARGUMENTVM.

Rustico Narbonensi, Monacho, adolescenti docto, vivendi institutum prescribit Hieronymus, demonstrans vitam coenobiticam, monastica aut solitaria, multo tutorem. Stomachatur hic in eos, qui sub praetextu monachi, lucra seellantur & commoda. Rursum more suo, a loco incipit communis, de periculis quibus haec vita obnoxia est. Docta est epistola & eloquens, ut pote ad doctum iuuenem scripta. Multa etiam ex hac in patrum decretis citantur. Profuerit autem hic annotasse, coenobiticam vitam & professionem, non esse inuentum diabolum, sed institutum sanctum, vetustissimumque.

Hieronymus Rustico Monacho vivendi formam prescribit.

**I**HIL Christiano felicius, cui promittitur regnum celorum: Nihil laboriosius, qui quotidie de vita periclitatur: Nihil fortius, qui vincit diabolum: Nihil imbecillus, qui a carne superatur. Vtriusque rei exempla sunt plurima. Latro credit in cruce, & statim meretur audi re: Amen dico tibi, hodie tecum eris in paradyso. Iudas de apostolatus fastidio, in perditionis tartaru traducitur.

Luc. 23.

Mat. 27.

Act. 1.

bitter.

Ioan. 13.

Mat. 26.

Ioan. 4.

Ioan. 7.8.

3. Reg. 11.

Marc. 9.

Leuit. 2.

Col. 4.

Mat. 5.

Luc. 14.

bitur, & nec familiaritate conuinij, nec intimatio  
buccellæ, nec osculi gratia frangitur: ne quas fe  
minem tradat, quem filium Dei nouerat. Quid se  
maritana vi ius? Non solum ipsa creditit, & p  
sex viros unum inuenit dominum, Meſſi magis  
gnouit ad fontem, quem in templo Iudeorum p  
lus ignorabat, sed & autor fit salutis mitorum.  
Ap. stolis ementibus cibos, esurientem reficit, la  
sumqz sustentat. Quid Salomone sapientus? At  
tamen infatuatur amoribus mulierum. Bonum ei  
sal, nullumqz sacrificium abz<sub>z</sub> buxus asperzione w  
cipitur. Vnde & Apostolus præcipit: Sermo de  
semper in gratia sale sit conditus. Quod si rup  
tuatur, foris proieciuntur: in tantumqz perdit nom  
inis dignitatem, ut ne in sterquilinium quidem va  
fit: quo solent credentium arua condim, & stem  
animalium solum pinguescere. Hec dicimus, &  
prima te fili Rustico fronte doceamus, magna ca  
pisse, & excelsa sectari: & adolescenti, in  
pubertatis incertitudine calcantem: perfecte quidem  
etatis gradum scandere: sed lubricum iter est,  
per quod ingrederis: nec tantum sequi gloria pos  
victoriam, quantum ignominiae post ruinam. Ne  
mili nunc per virtutum prata ducendus est nimil  
nec laborandum, vt ostendam tibi variorum pa  
chritudinem florum: quid in sella habeant par  
tatis: quid rosa vere vnde posse deat: quid ead  
purpura promittat in regno: quid ruritanum hou  
deat pictura gemmarum. Iam enim propicio dte  
stiam

finam tenes. Iam tectum atque solarium cum Pe- A&. 10.  
 tro Apostolo descendisti: qui esuriens in Iudeis,  
 Cornelij saturatur fide: & famem incredulitatis  
 erum, gentium conuersione restinguunt: atque in  
 vase Euangeliorum quadrangulo, quod de cælo des-  
 cendit ad terram, docetur, & dicit omnes homi-  
 nes posse saluari. Rursumq; quod viderat, in spe-  
 tie candidissimi linteaminis in superna transfertur:  
 & credentium turbam de terris ad cœlum rapit: ut  
 pollitatio domini compleatur: Beati mundo corde,  
 quoniam ipsi deum videbunt. Totum quod appre-  
 hensa manu insinuare tibi cupio, quod quasi doctus  
 nanta, post multa naufragia rudem conor instrue-  
 re vectorem: illud est, ut in quo littore pudicitie  
 pirata sit noueris, ubi Charybdis, & radix omnium  
 malorum auaritia, ubi Scyllaei obrectatorum ca-  
 nes, de quibus Apostolus loquitur: Ne mordentes Gal. 5.  
 inuicem, mutuo consumamini, quomodo in media  
 tranquillitate securi, Libycis interdum vitiorum  
 Syrtibus obruamur, quid venenorum animan-  
 tum, desertum huius seculi mutriat. Nauigantes  
 rubru mare, in quo optandum nobis est, ut verus Pha- Exod. 14.  
 rae cum suo mergatur exercitu: multis difficultatibus,  
 ac periculis ad urbē maximā perueniunt. Vtrog; in  
 littore gentes vagae, imò belue habitant ferocissime.  
 Seper solliciti, seper armati totius anni vehunt cibaria.  
 Laterribus saxis, vadisq; durissimis plena sunt omnia.  
 ita ut speculator doctus in summa mali arbore sedeat,  
 et inde regedet et circūflectet naus dictata prædi-  
 cet. Fe-

Eelix cursus est, si post sex menses supradicti portū teneant, à quo se incipit aperire Oceanus, quem vix anno perpetuo ad Indianam peruenitur, & ad Gangem fluuium (quem Phison sancta scriptura commemorat) qui circuit totam terram Eudath, multa genera pigmentorum de paradiſi dicitur, sicut deuehere. Vbi nascitur carbunculus & smaragdus, & margarita candardia, & uniones, quibus nobilium fœminarum ardet ambitio: montesq; aurei, quos adire propter gryphas, & dracones, & immensorum corporum monstra, hominibus impossibile est: ut ostendatur nobis, quales custodes habent auaritia. Quorsum ista? Perspicuum est, si negotiatores seculi tanta sustinent, ut ad incertas perturbasq; diuitias perueniant, & seruent cum anima discriminine, que multis periculis quesierunt: quia Christi negotiatori faciendum est, qui venditis omnibus querit pretiosissimum margaritum? qui tota substātie sue opibus emit agrū, in quo reperiāt thesaurum, quem nec fur effodere, nec latro posse affere? Scio me offenditum esse quamplurimos, qui generalem de vitis disputationem, in suam refūrunt contumeliam. Et dum mihi irascuntur, suam indicant conscientiam: multoq; peius de se, quā de me iudicant. Ego enim neminem nominabo nisi veteris comœdie licentia, certas personas eligam atque perstringam. Prudentis viri est, ac prudenterium fœminarum, dissimulare, imò emendare quā in se intelligant, & indignari sibi magis, quā

Mat. 33.

Mar. 6.

Luc. 11.

nobi: nec in monitorem maledicta congerere. Qui  
 eisdem teneatur criminibus, certe in eo melior  
 est, quod sua ei mala non placent. Audio religio-  
 san te habere matrem, multorum annorum vidua,  
 que aluit, que erudiuit infantem: ac post studia  
 Galliarum, que vel florentissima sunt, misit Ro-  
 manam: non parcens sumptibus, & absentiam filij,  
 spe sustinens futurorum, ut hubertatem Gallici ni-  
 toremq; sermonis, grauitas Romana condiret: nec  
 calcaribus in te, sed frenis uteretur: quod & in di-  
 fertissimis viris Græcia legimus, qui Asianum tu-  
 morem Attico siccabant sale, & luxuriantes fla-  
 gellis vineas, falcibus reprimebant: ut eloquentie  
 torcularia, non verborum pampinis, sed sensuum,  
 quasi uarum expressionibus redundarent. Hanc tu  
 suspicie, ut parentem: ama, ut nutricem: venera-  
 re, ut sanctam. Nec aliorum imiteris exemplum:  
 qui relinquent suas, & alienas appetunt: quorum  
 dedecus in propatulo est, sub nominibus pietatis, que  
 rentium suspecta consortia. Noui ego quasdam iam  
 matarioris etatis, & plerasq; libertini generis ado-  
 lessentibus delectari, & filios querere spirituales:  
 paulatimq; pudore superato, facta matrum nomina  
 erumpere in licentiam maritalem. Alie <sup>†</sup> sorores <sup>Aly.</sup>  
 virgines deserunt, & externis viduis copulantur.  
 Sunt que oderunt suos, & non suorum palpantur  
 affectu: quarum impatientia, index animi, nullam  
 recipit excusationem: et cassa impudicitie velamen-  
 ta, quasi aranearum fila dirumpit. Videas nonnullos

accinctis renibus, pulla tunica, barba prolixa, à mulieribus non posse discedere, sub eodem manere teste, simul inire coniuncta, ancillas iuuenes habere in ministerio, & præter vocabulum nuptiarum, omnia esse matrimonij. Nec hec culpa est Christiani nominis, si simulator religionis in vitio sit: Quintino confusus gentiliū, cum ea vident ecclesiis displicere, que omnibus bonis non placent.

Monach⁹. Tu vero si monachus esse vis, non videri: habeto curam, non rei familiarium, cui renunciando, hoc esse cœpisti: sed anima tua. Solidæ vestes, candidæ mentis indicia sunt: vilia tunica, contemptum seculi probet: ita duntaxat, ne auras tumeat: ne habitus, sermoq; dissentiat. Balnearium fomenta non querat, qui calorem corporis, ieiuniorum cupiditatem frigore extinguere. Que & ipsa moderata sint: ne nimia debilitent stomachum, & maiorem refectionem poscentia, crumpant in cruditatem: que parens libidinum est. Modicus ac temperatus cibus, & carni & anime utilis est. Matrem ita vide, ne per illam alias videre cogaris: quarum vultus cordi tuo hæreant, & tacitum viuat sub pectori vulnus. Ancillas, que illi in obsequio sunt, tunc scias esse in insidijs. Quia quanto vilior earum conditio, tanto facilior est ruina. Et Iohannes Baptista

Matth. 3. sanctam matrem habuit, pontificisq; filius erat: & Luc. 1. 3. tamen nec matris affectu, nec patris opibus vinciebatur, ut in domo parentum cum periculo vineret castitatis. Vitæbat in eremo, & oculis desiderantibus Christum, nihil aliud dignabatur aspiceret. Vestis aspera,

Març. 1.

sp̄era, Zona pellicea, cibus locust.e, melq; sylue-  
 stre, omnia virtuti, & continentie preparata.  
 Filii prophetarum (quos monachos in veteri testa-  
 mento legimus) ediscabant sibi casulas propter  
 fluenta Iordanis, & turbis urbium derelictis, po-  
 lenta, & herbis agrestibus vicitabant. Quandiu  
 in patria tua es, habeto cellulam proparadiso: va-  
 ria scripturarum poma decerpe, his utere delicys,  
 harum fruere complexu. Si scandalizat te oculus,  
 pes, manus, proijce ea. Nulli parcas, vt soli parcas,  
 anime. Qui viderit, inquit dominus, mulierem Matth. 5.  
 ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eam  
 in corde suo. Quis gloriabitur castum se habere cor?  
 Astra non sunt munda in conspectu domini, quanto  
 magis homines, quorum vita tentatio est? Veh  
 nobis, qui quoties concupiscimus, toties fornicar-  
 mur. Inebriatus est, inquit, gladius meus in  
 celo, multo amplius in terra, que spinas & tri-  
 bulos generat. Vas electionis, in cuius ore Chri-  
 stus resonabat, macerat corpus suum, & subiicit  
 servituti, & tamen cernit naturalem carnis ar- Gen. 3.  
 dorem, sue repugnare sententie, ut quod non  
 vult, hoc agere compellatur, & quasi vim patiens,  
 vociferatur & dicit: Miser ego homo, quis me li- Act. 9.  
 berabit de corpore mortis huius? Ettu te arbitra-  
 ris absque lapsu, & vulnere posse transire: nisi  
 omni custodia seruaueris cor tuum, & cum saluato-  
 re dixeris: Mater mea & fratres mei hi sunt, qui  
 faciunt voluntatem patris mei? Crudelitas ista pie- Rom. 7.  
 March. 12.  
 Matc. 3.  
 Luc. 8.  
 ras est.

100 EPIST. HIERO. AD RUST.

tas est. Imò quid pius, quām sancte matrī, sātē  
 etū filium custodire? Optat & illa te vivere, &  
 1. Reg. 1. non videre ad tempus, ut semper cum Christo v-  
 deat. Anna Samuelem, non sibi, sed tabernaculo  
 Hierem. 35. genuit. Filij Ionadab, qui vinum & siceram nos-  
 bibeant, qui habitabant in tentorijs, & quas ne-  
 psal. 77. compulerat, sedes habebant: scribuntur in psalmo,  
 quod prīni captiuitatem sustinuerint, qui ab exer-  
 1. Hiero. 35. citu Chaldeorum vastante Iudeam, urbes introrū  
 1. Videris. compulsi sunt. Viderint & quid alij sentiant. Fuis-  
 quisq; enim suo sensu dicitur. Mīhi oppidum car-  
 cer, & solitudo paradisus est. Quid desideramus  
 urbium frequentiam, qui de singularitate cense-  
 mur? Moyses, ut p̄cesset populo Iudeorum, qua-  
 draginta annis eruditur in eremo: pastor oīum,  
 Matth. 4. hominum factus est pastor. Apostoli de p̄ficatione  
 Ioan. 21. lacus Genesareth, ad p̄ficationem hominum tran-  
 sierunt. Qui tunc habentes patrem, rete, naicu-  
 lam, sequuti dominum, protinus omnia reliquerunt,  
 Matth. 10. portantes quotidie crucem suam, & ne virginem  
 quidem in manu habentes. Hec dico, ut etiam fi-  
 clericatus te titillat desiderium, discas, quod pos-  
 docere, & rationabilem hostiam offeras Christo: ne  
 miles, antequam tyro, ne prius magister sis, quām  
 discipulus. Non est humilitatis meae, neque mer-  
 surae, iudicare de clericis, & de ministris ecclesiarum  
 sinistrum quippiam dicere. Habeant illi ordinem,  
 & gradum suum, quem si tenueris, quomodo tibi in  
 eo vivendum sit: editus ad Nepotianum liber, do-  
 cert.

Epistola ad  
Nepotianū.

cere repoterit. Nunc monachi incunabula, moresq;<sub>3</sub>  
discutimus: & eius monachi, qui liberalibus studiis  
eruditus in adolescentia, iugum Christi collo suo  
imposuit. Primumq;<sub>3</sub> tractandum est, utrum solus  
an cum alijs in monasterio vivere debeas. Mihi qui-  
dem placet, ut habeas sanctorum contubernium:  
nec ipse te doceas, & absq;<sub>3</sub> doctore <sup>†</sup> ingrediaris viā,  
quam nunquam ingressus es: statimq;<sub>3</sub> tibi in partem  
alteram declinandum sit, & errori pateas: plusq;<sub>3</sub>  
aut minus ambules, quam necesse est: ne aut cur-  
rens lasseris: aut moram faciens, obdormias. In  
solitudine sito, subrepit superbia: Et si parumper  
ietumauerit, hominemq;<sub>3</sub> non viderit, putat se ali-  
cuius esse momenti: Oblitusq;<sub>3</sub> sui, unde, & quid  
venerit: intus corde, lingua foris vagatur. Iudicat  
contra Apostoli voluntatem alienos seruos, quo gula  
voluerit <sup>‡</sup>, porrigit manum: dormit quantum vo-  
luerit: nullum veretur, facit quod voluerit: omnes  
inferiores se putat: crebriusq;<sub>3</sub> in urbibus, quam in  
cellula est: & inter fratres simulat verecundiam,  
qui platearum turbis colliditur. Quid igitur? Soli-  
tarium vitam reprehendimus? Minime: quippe,  
quam sc̄e laudauimus. Sed de ludo monasterio-  
rum, huiuscmodi volumus egredi milites: quos ere-  
mi dura rudimenta non terreant, qui specimen cō-  
uersationis sux, multo tempore dederint; qui om-  
nium fuerint minimi, ut primi omnium fierent:  
quos nec esuries aliquando, nec saturitas superauit:  
Qui paupertate letantur: quorum habitus, sermo-

Soli an cū  
alijs viuē-  
dum?<sup>†</sup> ducesser.

Deut. 16.

Rom. 14.

<sup>‡</sup> poposcerit,

102 EPIST. HIERO. AD RUST.  
vultus, incessus, doctrina virtutum est: Qui nef-  
ciunt secundum quosdam ineptos homines, demo-  
num pugnantium contra se portenta confingere: et  
apud imperitos & vulgi homines, miraculum sui  
faciant, & exinde luca settentur. Vidimus super  
& planxit, Cræsi opes unius morte deprehensi:  
urbisq; stipes, quasi in usus pauperum congrega-  
tas, stirpi, & posteris derelictas. Tunc ferrum,  
quod latebat in profundo, supernatauit aqua, &  
inter palmarum arbores, myrra & amaritudo no-  
strata est. Nec mirum: Talem & socium, & ma-  
gistrum habuit: qui egentium famem, suas fecit  
esse diuitias: & miseris derelicta, in suam reservat-  
uit miseriam: Quorum clamor tandem peruenit ad  
caelum, & patientissimas Dei vicit aures, ut missus  
Angelus pessimus, Nabal & Carmelo diceret: Stulte  
hoc nocte auferent animam tuam a te, que autem  
preparasti, cuius erunt? Volo ergo te, & propter  
causas quas supra exposui, non habitare cum ma-  
tre: & precipue ne, aut offerentem delicatos cibos,  
renuendo contristes: aut si acceperis, oleum igne  
adijcas: & inter frequentiam puellarum per diem  
videas, quod nocte cogites. Nunquam de manu &  
oculis tuis recedat liber, discatur Psalterium ad ver-  
bum, oratio sine intermissione, vigil sensus, nec vanis  
cognitionibus patens. Corpus pariter, & anima  
tendatur ad dominum. Iram vince patientia: Ana-  
scientiam scripturarum, & carnis vitia non ama-  
bis. Nec vacet mens tua varijs perturbationibus.

4. Reg. 6.  
Exod. 15.

† morbo.

Exod. 2.  
Jacob. 1.

† Carmelio.  
1. Reg. 21.  
Luc. 12.

Iosue. 1.

\*

QH

Quasi pectori insederint, dominabuntur tui: & re-  
cedent ad delictū maximum. Facito aliquid ope-  
ri, ut te semper diabolus inueniat occupatum. Si  
Apostoli habentes potestatem de Euangelio vivere,  
laborabant manibus suis, ne quem grauarent, &  
alijs tribuebant refrigeria, quorum pro spirituali-  
bus debebant mettere carnalia, cur tu in v̄sus tuos  
cessura non prepares? Vel fiscellam texe iuncto, vel  
canistrum lentis plecte viminibus: sariatur humus,  
areole & quo limite dividantur: In quibus cum ole-  
rum iacta fuerint semina, vel plantae per ordinem  
positae, aquæ ducantur irrigue, ut pulcherrimorum  
versuum spectator assistas: Ecce supercilio cliuosi  
transitus vndam Elicit: illa cadens, raucum per  
leua murniut Saxa ciet, scatebrisq; arentia & tem-  
perat arua. Inferantur in fructuose & arbores, vel  
gemmis, vel surculis: ut paruo post tempore, laboris  
ni dulcia poma decerpas. Apum fabricare aluea-

1. Cor. 4. 9.  
Act. 20.  
1. Thess. 2.  
2. Tess. 3.  
Rom. 15.

Virg. 1.  
Georg.

fructuose.  
7.

nia, ad quas te mittunt Solomonis proverbia, &  
monasteriorum ordinem, ac regiam disciplinam,  
in pratis disce corporibus. Texantur & lina ca-  
piendis piscibus: scribantur libri, ut & manus ope-  
retur cibum, & animus lectione saturetur. In de-  
siderijs est omnis ociosus. AEgyptiorum monaste-  
ria hunc morem tenent, vt nullum absq; operis la-  
bore suscipiant, non tam propter virtus necessita-  
tem, quam propter anime salutem. Ne vagetur  
perniciosis cogitationibus mens, & instar fornican-  
ti Hierusalē, omni transeungi diuaricet pedes suos. Ezech. 16.

Prover. 13.  
iuxta lxx.

Hier. 16.

Ezech. 16.

Dum essem iuuenis, & solitudinis me deserta val-  
larent, incentiuia vitiorum ardoremq; naturae ferre  
non poteram: quem cum crebris ieiunij strangerem,  
mens tamen cogitationibus & stuabat. Ad quan-  
domandam, cuidam fratri, qui ex Hebreis credi-  
derat, me in disciplinam dedi: ut post Quintiliani  
acumina, Ciceronis fluuios, grauitatemq; Frontem,  
& lenitatem Plinij, alphabetum discerem, & fin-  
denta anhelantiaq; verba meditarer. Quid bila-  
boris insumpserim, quid sustinuerim difficultatis  
quoties desperauerim, quotiesq; cessauerim, & con-  
tentioine discendi rursus incepserim: tesis est con-  
scientia, tam mea, qui passus sum, quam eorum qui  
mecum duxerunt vitam. Et gratias ago domino  
quod de amaro semine literarum, dulces fructus  
carpo. Dicam & aliud, quod in AEgypto viderim:  
Græcus adolescens erat in cœnobio, qui nulla cor-  
tinentia, nulla operis magnitudine flammam pote-  
rat carnis extinguere. Hunc periclitantem, patet  
monasterij hac arte seruauit: Imperat ciudam vir-  
graui, vt iurgijs, atque conuitijs, in secatetur homo-  
nem, & post irrogatam iniuriam, primus veniat  
ad querimoniam. Vocati testes, pro eo loqueban-  
tur, qui contumeliam fecerat: Flere ille contra-  
mendacium. Nullus alias credere veritati: Solus  
pater defensionem suam callide opponere: Quid multa  
dantiori tristitia absorberetur frater. Ita annus ductus est. Quo expleto, interrogatus ade-  
lescens super cogitationibus pristinis, an adhuc ma-  
lesia

lebie aliquid sustineret: Pape, inquit: Vivere mihi  
non licet, & fornicari libeat? Hic si solus fuisset, quo  
ad iudice superasset? Philosophi seculi solent amo-  
rem veterem, amore nouo, quasi clavum clavo ex-  
pellere. Quod & Assuero regi septem principes  
secere Persarum, ut Vashti Regine desiderium, Esth. 1. 2.  
aliarum puellarum amore compescerent. Illi vitium  
vitio, peccatumq; peccato medicantur: nos amore  
virtutum, virtus superemus. Declina, ait, a malo,  
& fac bonum: Quere pacem, & perseguere eam. Psal. 33.  
Nisi oderimus malum, bonum amare non possumus. 1. Petri. 3.  
Quin potius faciendum est bonum, ut declinemus a  
malo. Pax querenda, ut bella fugiamus. Nec suf-  
ficit eam querere, nisi inuentam fugientemq; omni  
studio persequamur, que exuperat omnem sensum:  
in qua habitatio dei est, dicente propheta: Et fa- Psal. 75.  
ctus est in pace locus eius. Pulchreg; persequitio pacis  
dicitur: iuxta illud Apostoli: Hospitalitatem per- Rom. 12.  
sequentes, ut non leui visitatoq; sermone, & (ut ita Hebr. 13.  
loquar) summis labijs hospites inuitemus, sed toto  
mentis ardore teneamus, quasi offerentes se cum  
lucro nostro atque compendio. Nulla ars absq; ma-  
gistro discitur. Etiam muta animalia & ferarum  
geges, ductores sequuntur suos. In apibus principes  
sunt. Grues unam sequuntur ordine literato. Im-  
perator unus. Index unus prouincie. Roma, ut  
condita est, duos fratres simul habere Reges non po-  
tuit, & parricidio dedicatur. In Rebecc.e utero,  
Esau & Iacob bella gesserunt. Singuli ecclesiarum Gen. 25.

episcopi, singuli Archipresbyteri, singuli Archidiaco-  
ni, & omnis ordo ecclesiasticus suis rectoribus mit-  
tur. In naui unus gubernator: in domo viuis domi-  
nus: in quamvis grandi exercitu, unius signum ex-  
pectatur. Et ne plura replicando fastidium legenti  
facias, per hanc omnia ad illud tendit oratio: ut docia-  
re, non tuo arbitrio dimitendum, sed vivere debet  
in monasterio sub unius disciplina patris, consuetu-  
dinem, ut ab alio discas humilitatem, ab alio pa-  
tientiam. Hic te silentium, ille doceat mansuetu-  
dinem: non facias quod vis: comedas quod iubens:  
vestiare quod acceperis: operis tui pesum + persolus:  
subjiciaris cui non vis: lassus ad stratum venies, am-  
bulansq; dormites, & nec dum expleto somno, surgere  
compellaris. Dicas psalmum in ordine + tuo, in quo  
non dulcedo vocis, sed mentis affectus queritur, du-  
cente Apostolo: Psallam spiritu, psallam & mente:  
Et, Cantantes in cordibus vestris domino. Legerat  
enim esse praeceptum: Psallite sapienter. Servias fra-  
tribus, hospitum laues pedes: passus iniuriā races:  
praepositum monasterij timeas, ut dominum: diligas  
ut parentem. Credas tibi salutare quicquid ille  
praeceperit, nec de maiorum sententia indices, cum  
Deut. 6. officij est obedire, & implere que iussa sunt, di-  
iuxta lxx. cente Moyse: Audi Israël & rase. Tantis negotijs  
Deut. 27. occupatus, nullis vacabis cogitationibus, & dum ab  
alio transis ad aliud, opusq; succedit operi: illud  
solum mente tenelis, quod agere compelleris.  
Vidi ego quosdam, qui postquam renunciauerē se-  
culo,

calo, vestimentis duntaxat & vocis professione non  
 rebus, nihil de pristina conuersatione mutarunt:  
 sed familiaris magis aucta quam imminuta: Eadē  
 ministeria seruulorum, idem apparatus coniuūj. In  
 vitro, & patella fictili, aurum comeditur, & inter  
 turbas, & examina ministrorum, nomen sibi ven-  
 dicant solitarij. Qui vero pauperes sunt, & tenui  
 substantiola, videnturq; sibi scoli, pomparum fer-  
 culis similes procedunt in publicum, ut caninam  
 exerceant facundiam. Alij sublatis in altum hu-  
 meris, & intra se nescio quid cornicantes, stupen-  
 tur, vt si p̄ econem addideris, putas incedere prae-  
 fecturam. Sunt qui humore cellarum, immodera-  
 tisq; ieunijs, tedium solitudinis ac nimia lectione, dum  
 diebus ac noctibus auribus suis personant, vertun-  
 tur in melancholiam, & Hippocratis magis fomen-  
 tis, quam nostris monitis indigent. Pleriq; arti-  
 bus, & negotiationibus pristinis carere non possunt,  
 mutatisq; nominibus insitorum, eadem exercent  
 commercia: non victimum, & vestitum, quod Apo-  
 stolus præcipit, sed maiora quam seculi homines,  
 emolumenta sectantes. Et prius quidem ab adi-  
 libus, quos ἀγοραίους Græci appellant, venden-  
 tum coercebatur rabies, nec erat impune pecca-  
 tum: Nunc autem sub religionis titulo, exercen-  
 tur iniusta compendia, & honor nominis Christiani,  
 fraudem magis facit, quam patitur: Quodq; pu-  
 det dicere, sed necesse est, vt saltē sic ad nostrum  
 erubescat

1. Tim. 6.

erubescamus dedecus, publice extenderentes manus  
pannis aurum tegimus: & contra omnium opinio-  
nem, plenis sacculis morimur diuites, qui quasi pa-  
peres viximus. Tibi, cum in monasterio fueris, luc-  
facere non licebit: & inolecente pauplatim confor-  
tudine, quod primum cogebaris, velle incipes, &  
delectabit te labor tuus: oblitusq; præteriorū, semper

<sup>† Quid ergo?</sup> priora sectaberis: nequaquam considerans, quid ali-  
mali faciant, sed quid boni tu facere debas. Neq;  
vero peccantium ducaris multitudine, & te perem-  
tum turba sollicitet: ut tacitus cogites: Quid? Ergo  
omnes peribunt, qui in urbibus habitant? Ecce illi  
fruuntur suis rebus, ministrant ecclesijs, adiutant bal-  
neas, unguenta non sfernunt, & tamen in omnium  
ore versantur. Ad quod & antè respondi, & nichil  
breuiter respondeo: me in presenti opusculo non de-  
clericis disputare, sed monachum instituere. Sancti  
sunt clerici, & omnium vita laudabilis. Ita ergo  
age, & viue in monasterio, vt clericus esse merearis:  
vt adolescentiam tuam, nulla sorde commiscules:  
vt ad altare Christi, quasi de thalamo virgo proti-  
das, & habeas de foris bonum testimonium: fami-  
neq; nomen tuum nouerint, & vultum tuum nef-  
ciant. Cum ad perfectam etatem veneris, si tua  
<sup>‡ allegorie,</sup> ciuitatis, in clerum elegerit, agito, que clerici  
sunt, & inter ipsos sectare meliores, quia in onore  
conditione & gradu, optimis mixta sunt pessima.  
Ne ad scribendum cito profiliat, & leui ducaris in-  
sanit.

Janus. Multo tempore disce, quod doceas. Ne credas laudatoribus tuis, in iò irrisoribus aurem ne libenter accommodes: qui cum te adulatioñibus souerint, & quodammodo impotem mentis effecerint, si subito respexeris, aut ciconiarum deprehendes post te colla curuari, aut manu auriculas agitari asini, aut astuantem canis protendi linguam. Nulli detra-  
Aduersus  
detractio-  
nem.  
 bas, nec in eo te sanctum putas, si ceteros laceres. Accusamus sepe, quod facimus, & contra nosmet-  
 ipsos diserti, in nostra vita inuehimur: muti de elo-  
 quentibus iudicantes. Testudineo Grumius ince-  
 debat ad loquendum gradu, & per interualla que-  
 dam, vix pauca verba carpebat, ut eum putares sin-  
 gultire, non proloqui: Et tamen, cum mensa posita  
 librorum exposuisset struem, adducto supercilium,  
 contractisq; naribus, ac fronte rugata, duobus digi-  
 tulis concrepabat, hoc signo ad audiendum discipu-  
 los prouocans. Tum nugas meras fundere, & ad-  
 nersum singulos declamare. Creticum & diceres esse & Criticum.  
 Longum, censoremq; + Romane facundie: No-  
 tare quem vellet, & de senatu doctorum exclude-  
 re: Hic bene nummatus, plus placebat in prandijis.  
 Nec mirum, si qui multos inescare solitus erat, facto  
 cuneo circumstrepentium garrulorum, procedebat in  
 publicum: intus Nero, foris Cato: Totus ambiguus,  
 ut ex contrarijs diuersisq; naturis, unum monstrum  
 nouamq; bestiam diceres esse compactam: iuxta  
 illud Poeticum: Prima leo, postrema draco, media  
 ipsa Chimera. Nunquam ergo tales videoas, nec  
Lucrelius  
lib. 5.  
 buiusmodi

## 110 EPIST. HIERO. AD RUST.

- Psalm. 49. *huiusmodi hominibus appliceris, nec declines ad tuum in verba malitia, & audias: Sedens aduersus filium manus fratrem tuum loquebaris, & aduersus filium matris tue ponebas scandalum. Et iterum: Filiolum tuum, dentes eorum arma & sagitte. Et alibi:*
- Psalm. 54. *Molliti sunt sermones eius super oleum, & ipsi sunt Eccles. 10. iacula. Et apertius in Ecclesiaste: Sicut mordet serpens in silentio, sic qui fratri suo occulte detrahit. Sed dices: Ipse non detraho, aliis loquenteribus quod facere possum? Ad excusandas exortationes in peccatis ista pretendimus. Christus arte non illuditur. Nequaquam mea, sed Apostoli sententia est: Nolite errare, Deus non irridetur. Ille in corde, nos videmus in facie. Solomon loquitur in proverbijs: Venitas aquilo dissipat nubes, & valde tristis linguis detrahentium. Sicut enim sagitta immittatur contra duram materiam, non nunquam inmittentem reuertitur, & vulnerat vulnerantem illudq; completur: Facti sunt mibi in arcum patrem illudq; caput eius: ita detractor cum tristem faciem videbit audientis, imo ne audientis quidem, sed obscurantis aures suas, ne audiat iudicium sanguinis, illico conticescit, pallet vultus, herent labia, saliva siccatur. Et alibi: Qui mittet in altum Lapidem, reciderit Prover. 24. caput eius: ita detractor cum tristem faciem videbit audientis, imo ne audientis quidem, sed obscurantis aures suas, ne audiat iudicium sanguinis, illico conticescit, pallet vultus, herent labia, saliva siccatur. Vnde idem vir sapiens: Cum detractoribus, inquietu- ne miscearis: quoniam repente veniet perditio eorum, & ruinam utriusq; quis nouit? Tam scilicet eius qui loquitur, quam illius, qui audit loquentem. Veritas angulos non amat, nec querit susurrone. Timo-*

Timotheo dicitur: Aduersum presbyterum accusa-<sup>1.Timo.3.</sup>  
tionem, cito ne receperis. Peccantem autem, coram  
omnibus argue, ut & ceteri metum habeant. Non  
est facile de proœcta etate credendum, quam &  
vna præterita defendit, & honorat vocabulum di-  
gitatis. Verum quia homines sumus, & interdum  
contra annorum maturitatem, puerorum vitijs la-  
bimur: si me vis corrigere delinquentem, aper-  
te increpa, tantum ne occulte mordeas. Corri-<sup>Psal.140.</sup>  
tiet me iustus in misericordia, & increpabit. Oleum  
autem peccatoris non impinguet caput meum. Quē<sup>Hebre. 12.</sup>  
enam diligit dominus, corripit: castigat autem om-<sup>Esa. 3.</sup>  
nem filium quem recipit. Et per Esaiam clamat  
Dominus: Populus meus, qui beatos vos dicunt, se-  
ducunt vos, & semitas pedum vestrorum supplan-  
tant. Quid enim mihi prodest, si alijs male referas  
mea? Si me nesciente, peccatis meis, imò detractio-  
nibus tuis alium vulneres, & cum certatim omni-  
bus narres, sic singulis loquaris, quasi nulli dixeris  
alteris? Hoc est, non me emendare, sed vitio tuo  
satisfacere. Præcipit Dominus, peccantes in os argui  
debere secretō, vel adhibito teste: & si audire no-  
luerint, referri ad ecclesiam, habendoſj, in malo  
pertinaces, sicut ethnicos & publicanos. Hæc ex-  
pressus loquor, vt adolescentem meum, & lingue  
& aurium prurigine liberē: vt renatum in Christo,<sup>Ephes. 5.</sup>  
fine ruga, & macula, quasi pudicam virginem ex-  
hibeam, castam tam mente, quam corpore: ne solo  
nomine glorietur, & absque oleo bonorum operum,<sup>Matth. 25.</sup>  
extincta

extincta Lampade, excludatur à sponsa. Habet  
 Proculus. istuc sanctum doctissimumq; pontificem Proculum,  
 qui viua, & presenti voce nostras schedulas superet,  
 Deut. 16. quotidianiſq; tractatibus iter tuum dirigat: neq;  
 Iosue. 1. tiatur te in partem alteram declinando, viam n-  
 Num. 21. linquere regiam, per quam Israël ad terram repre-  
 Esai. 26. iuxta lxx. missionis properans, se transiturum esse promittit.  
 Teplorantie. Atque vitam exaudiatur vox ecclesie implorantis.  
 Redidisti. Domine, pacem da nobis. Omnia enim dedisti no-  
 Voluntatis. bis. Vitam quod renunciamus seculo<sup>t</sup>, voluntas  
 Necesitatis. sit, non t; necessitas: & paupertas habeat expedita  
 Exuperius. gloriam, non illata cruciatum. Ceterum, inca-  
 miserias huius temporis, & ubiq; gladios sequentes  
 satis dices est, qui pane non indiget. Nimirum po-  
 Tolosx episcopus, viduus Sareptensis imitator, efa-  
 riens pascit alios: & ore pallente ieiunis, fame tor-  
 queatur aliena, omnemq; substantiam Christi ca-  
 ceribus erogavit. Nihil illo dicitur, qui corpus domi-  
 ni t; canistro vimineo, sanguinem portat in vita.  
 Christi. Qui avaritiam eiecit è templo, qui absq; funiculo &  
 Matth. 21. increpatione, cathedras vendentium columbas, id  
 Marc. 11. est, dona sancti spiritus mensaq; subuertit man-  
 monae, & numulariorum era dispersit, ut datus  
 Dei, dominus vocetur orationis, & non latronus  
 spelunca. Huius è vicino sectare vestigia, & ce-  
 terorum, qui virtutum illius similes sunt, quos sa-  
 cerdotium & humiliores facit, & pauperes. An-  
 Gen. 12. 17. si perfecta desideras, exi cum Abraham de Pa-  
 tria.

A N. IN EPIS. IIII. A D R V S T. 113  
tia & cognatione tua, & perge quod nescis. Si ha-  
bes substantiam, vende & da pauperibus. Si non ha-  
bes, grandi onere liberatus es: nudum Christum, in-  
dus sequere. Durum, grande, difficile, sed magna  
sunt premia.

ANNOTATIONES IN EPISTO-  
LAM AD RVSTICVM.

**N**ihil Christiano felicius, cui promittitur regnum  
celorum. Nihil laboriosius, qui quotidie de vita  
pericitatur. In epistola ad Augustinum, cuius  
initium: Tres simul. Et quiescentem senem, olimque  
veteratum, militate ne cogas, & rursum de vita pe-  
ticlitari. Ad Riparium. Item ad Paulinum. Fane pe- sal.

Bonum est sal, nullumq; sacrificium absque huius asper-  
sione suscipitur] Leuitici 2. Quicquid obtuleris sacri-  
ficij, sicut condies, nec auferes sal foederis Dei tui, de  
sacrificio tuo. In omni oblatione offeres sal.

Et adolescentie, imo pubertatis incentiuia calcantem.]  
In cap. 58. Esaiæ. Corporis me superauit ardor, adu-  
lescentiae incentiuia vicerunt. In Ezechiel. capit. 16.  
Byssò accinguntur tenes, quoties pinguia libidinis  
incentiuia tenuanda sunt, nihilque in eis crassi hu-  
monis relinquitur. Sic alibi: Incentiuia huius seculi:

Incentiuia vitiorum suppeditare.  
Quid in se lilia habeant puritatis, quid rosa verecunda  
die possideat, quid viole purpura promittat in regno ] Ad  
Demetriadem. Rosa virginitatis, & lilia castitatis  
nascerentur. Ad Saluinam. Iungitur ei germana, ro-  
garum & liliorum calatus.

III4 ANNOT. D. HENR. GRAVII

*Insinuare tibi cupio.] In cap. 3. Hieremiz. Non r  
deponant venena pectoris, sed ut ceteris insinuant.  
In cap. 2. epistolæ ad Ephesios. Peccata hominibus  
insinuant.*

Charybdis *Vbi Charybdis.] In capite secundo Naum. Siquid  
iuxta fabulas poëtarum, dextrum Scylla latus,  
uum implacata Charybdis, obsidet. Si saxa fugimus,  
incurrimus in profundum, si contortos vertices eu-  
tamus, in saxa deferimur. Alludit ad carmina Vi-  
gil. tertio Aeneidos, quos superius in annotatio-  
nibus in epistolam primam recensuimus.*

*Libycis interdum ritiorum Syrtibus obrnamur.]  
Respxit ad Hemistichium Virgilianum Aeneidos  
primo. In brevia & Syrtes urget, id est, Aeneidos  
Syrtium. Duo sunt Syrtium sinus, pates natura-  
impares magnitudine, ut ex Salustio citat Servius.  
Vide plura apud Salustium in Iugurthino bello.*

*Ut verus Pharaon cum suo mergatur exercitu.] Viz.  
Homiliam primam Origenis in Levit.*

*Latentibus saxis, vadisq; durissimis plena sunt omnia.  
Virgilius Aeneid. I.*

*Treis notus arreptas in saxa latentia torquet, Mor.  
Illiditq; vadis, atque aggere cingit arenæ.*

*Ita ut speculator & doctor in summa mali arbit-  
sedeat, & inde regende & circumflectende manus di-  
ctata predicit.] Effigiatum est ad carmen Virgilii  
num Aeneid. 5.*

*Ipse gubernator puppi Palinurus ab alta,  
Colligere arma iubet, validisq; incumbere remis.  
Obliquatq; sinus in ventum ac talia fatur.*

Phison. *Qui circuit omnem terram Eufrat.] In libro de  
cis Hebraicis. Phison quod interpretatur cetero  
Fluuius quem nostri Gangen vocant, de paratu exi-*

A N. IN EPI S. IIII. AD RVST. 115

tricens, & pergens ad Indiæ regiones, post quas  
trumpit in pelagus: Dicit autem scriptura circuiri Gen. 2.  
ab hoc vniuersam regionem Euilath, vbi aurum  
precipuum nascitur, & carbunculus lapis, & pra-  
sinus.

Nec veteris comedie licentia, certas personas eligam Comedia.  
signe perstringam.] Scipio apud Ciceronem in 4.  
de Republica, ut citat Augustinus libro secundo de  
ciuitat. Dei capite nono. Nunquam comediae, nisi  
consuetudo vita pateretur, probare sua thearris fla-  
gitia potuissent. Et Graeci quidem antiquiores, vi-  
tiosæ suæ opinionis quandam conuenientiam serua-  
uerunt, apud quos fuit etiam lege concessum, ut  
quod veller comedie nominatim, vel de quo veller,  
diceret, & quæ sequuntur.

Nec in monitorem maledicta congerere.] Cicero Calcaribus  
Philippica 3. Primum in Cæsarem maledicta con- frenis,

Nec calcaribus in te, sed frenis veteretur.] Alludit  
ad Apopthegma Isocratis de Ephoro ac Theopom-  
po, cuius Cicero meminit ad Atticum libro sexto.  
Sed alter (ut dixit Isocrates in Ephoro & Theo-  
pompo) frenis eget, alter calcaribus. Idem sole-  
bat Plato de Aristotele & Xenocrate dicere, quum  
videret hunc indigere calcaribus, illum frenis.

Quod & in disertissimis viris Grecie legimus, qui Asianum tumor.  
Asianum tumorem Attico siccabant sale. ] Vocat Asiaticus  
Asianum tumorem tumidum & redundans dicen-  
di genus: Atticum vero pressum, ac nulla ratio-  
ne affectatum. Quintilianus capite decimo, li-

bro duodecimo. At M. Tullium habemus, in om-  
nibus, quæ in quoque laudantur eminentissimum.  
Quem tamen & suotum homines temporū incessere  
audiebant, ut tumidiorem, & Asianum & redundante

& in repetitionibus nimium. Paulo post ex Rno  
Cicer. Et antiqua illa diuisio inter Atticos & Asianos  
fuit, cum hi pressi ac integri, contra inflati illi & una-  
nes haberentur: & in his nihil superflueret, illis me-  
dicum maxime ac modus decesset. Cicero in oratione  
Africani canere coepisset, quis eum ferret?

Atrici.  
Asiani.

Aranex  
tela.

*Quasi aranearum fila disrupta.* ] Hieronymus epis-  
tola in Ruffinum, cuius initium: Lectis literis. Ne  
quaquam aranearum mihi opponas cassiculos, sed  
fortissimo me, & solidissimo constringas reti. Item  
in cap. 59. Esaix. Telam aranearum texunt, quæ parua &  
leuia potest capere animalia, hoc est, ut inita scribatur  
ad Cyprianum, muscas, & culices & cetera huius-  
modi, à fortioribus autem rumpitur. D. Ambrosius  
lib. 4. Hexameron cap. 4. elegantissime, Mathematici  
corum vanissima argumenta, aranearum telis ali-  
mulat. Sed hęc (inquit) eorum sapientia telę atque  
comparatur, in quam si culex aut musca incidat, ex-  
ire se non potest, si vero validiorum animantium te-  
lum genus incurrisse visum est, pertransiit & cas-  
tigavit, infirmos atque inanes laqueos dissipauit. Te-  
lia sunt retia Chaldæorum, vt in his infirmi harcas  
validiores sensu offenditionem habere non possint. Te-  
lam aranearum texunt, quæ nec usum aliquem posse  
habere, nec vincula. Vide latius ibid. lib. 1. officiorum  
vocat diuitias, inanes ac inutiles aranearum caselli.  
Anacharsis (vt est apud Vale. Max. lib. 7. cap. 2.) solebat  
leges, aranearium telis comparare; Nam ut ille infor-  
miora animalia retinent, valentiora autem transfa-  
tunt: ita leges & pauperes ac humiles constringe-  
diuites vero & præpotentes non alligant. Diogenes  
hoc tribuit Soloni.

*Tu vero, si monachus esse vis, non videris.* ] Hiero-  
nimus ad Eustochium. Quæ nolunt esse virgines, sed  
videti. Ad Theophilum. Magis esse volucrum alii  
quæ

Esse vi-  
deri.

quidquam videri. Fortassis Hieronymo præ oculis  
fuit sententia Salustij in Catilinatio de Catone. Esse  
quam videri bonus malebat. Et Cicero libr. 2. officio-  
rum, Præclare Socrates hanc viam ad gloriam pro-  
ximam & quasi compendiariam dicebat esse, si quis  
id ageret, ut qualis haberi vellet, talis esset. Idem ha-  
bet Laßantius Firmianus lib. 7. cap. 2. Platonis extat  
area plane sententia. πολιτ. β. quam & Basilius citat  
ad Nepotes; ὁ σχέτη γὰρ ἀδικία, δοκεῖν διγενεῶν εἶναι  
πάσῃ, οὐδὲν δοκεῖν αὐτοῖς. Et apud Plutachum in  
stotelein περὶ τοφεῖς: εἰλέγχων. Et apud Plutachum in  
apophthegmatis: οὐδὲν δοκεῖν αὐτοῖς, καὶ εἴναι θέλει.  
Erumpunt in cruditatem, quæ parens libidinum est.]  
Ad Furiam. Nihil sic inflamat corpora, & titillat  
membra genitalia, sicut indigestus cibus, ruetusque  
conuulsus.

*Et tacitum viuit sub pectore vulnus.]* Virgilij est 4.  
Aeneid. *Est mollis flamma medullas*

*Interea, & tacitum viuit sub pectore vulnus.*  
*Crudelitas ista, pietas est.]* Affine est illi, quod scribitur in epistola i. ad Heliodorum. Solum pietatis genus est in hac re fuisse crudelem. Item ad Marcellum. Sepultura non datur patri, & pietatis genus est impium esse pro Domino. Similia habet in epistola ad Paulam, rursus in vita Pauli.

*Nec ipse te doceas asque ductore.]* Sic legendum indicant sequentia loca. Ad Paulinum, ut intelligeres te in scripturis sanctis, sine prævio & monstrante se- mitam non posse ingredi. In Ezechiel. cap. 47. Doctor absque ductore.

et prophetam ductor prævius & magister. In com-  
mentariis epistolæ ad Galat. Prævio aliquo ductore,  
prudentiique, sic per legis iter ad euangelium per-  
gente.

*Vt apud imperitos, & vulgi homines miraculum suum faciant.]* In cap. i. Ezechiel. vt miraculum videntibus

118 ANNOT. D. HENR. GRAVII  
faceret. In cap. 13. Quorum fuit Pythagoras, & Zenon, à quo Stoici, Indorum Brachmanes, & Achionum Gymnosophistæ, qui ob vixit continentiam miraculum sui gentibus tribuunt.

Mars.

Tunc ferrum latebat in profundo, supernatauit aqua & inter palmarum arbores mirrha amaritudo monstrata est. ] Miserit historias. Prima est 4. Regum capitulo sexto. Duæ posteriores Exodi 15. Harum mylætum Hieronymus explicat libro secundo ad Galatas. Crux (inquit) Christi amaras aquas, in dulcetatem saporem, & securim perditam, in profectura demersam, missa in fluenta Iordanis levavit. Item in capite Ezechielis 47. In prefatione Osee. Ad Algamiam. Denique in cap. 3. Naum. Prudentius in hymno: Inuentor.

Instar fellis aqua tristifico in lacu,  
Fit ligni venia, mel velut Atticum.

Nabal Carmelo.) Lego Carmelio, astipulante codice peruetusto. Sic Hieronymus in cap. 44. Ezechiel imitatur Nabal Carmelium, qui interpretatur quidam. In Osee 9. cap. Vbi habitauit quondam Nabal Carmelius.

Oleum  
camino.

Oleum igni adiicias. ] Ad Eustochium. Quid oleum flammæ adiicimus? Proverbialis est locutio, qua remur, quando malum malo, periculum periculo adiicitur. Horatius Sat. 3. libro secundo. Adde poteris nunc, hoc est, oleum adde camino. Καί μέντοι εἰκούσιοι διεγνήσαντες την μητράνδρου πορφυρίου θέλων, ομοιός εἴπε τῷ μητράνδρου σερρύντες περιούσιον.

Apes.

Apum fabricare aluearia, ad quas te mittunt Semonis proverbia. ] In enarratione 3. capit. Ezechiel in proverbiis de ape dicitur, quanquam hoc fabrae non habent exemplaria, vade ad apem, & disci quomodo operatrix sit, & opus suum castum faci cuius laboribus reges, & imperiti, pro sanitate tunc

tuncur. Locus extat Græcè in proverbijs capite sexto.

*In desideriis est omnis otiosus.*] Infra Demetriadi. Otiosus.  
Scriptura dicens: In desiderio est omnis anima  
otiosi. Neque hac authoritas apud Hebreos reperi-  
tur. Legitur autem apud Proverb, 13. 32. *πιθανίας εἰσι-*  
*τες κύριες.* In capite Ezechielis decimosexto. In  
desideriis est omnis anima otiosi, quod videlicet  
semper aliquid agendum sit, ne ager peccoris nostri  
cessante manu malarum cogitationum sentibus oc-  
cupetur.

Cuidam fratri, qui ex Hebreis crediderat, me in  
disciplinam deli.] Hoc se præceptore non modico  
tempore usum ingenuus fatetur Hieronymus pluribus  
in locis, qui illum in veteris instrumenti lectione  
eruditus, & quo scripturas sanctas instituente per-  
legit, ut scribit in Ecclesiasticis, cap. I.

*Grauitatemq; Frontonis.*] Meminerunt huius Eu-  
stochius in terum Romanarum historia, & Eusebius  
in chronicis sub M. Antonino Vero, & Ausonius  
in Panegyrico Gratiani. Nazarius quoque in pane-  
gytico. Si mihi Fronto (inquit) Romanæ eloquen-  
tia, non secundum sed alterum decus, cum belli  
in Britannia confecti laudem Antonino principi  
daret.

*Gratias ago Domino, quod de amaro semine litera.* Fruetus li-  
terarum dulces fructus capio.] Sententia Hieronymi terarum.  
multum usurpata. In capite Hieremias primo. Vnde  
et vetus illa sententia est, literarum radices amaras,  
fructus dulces. Aphthonius in progymnasmatis  
tribuit Isocrati, alij autem Demostheni, Laertius  
Aristoteli, Rutilius Sidoro, in Antitheto. Non  
ille stultitia, aut furore, impulsus tam graues labo-  
res frustra subiret, sed ex acerbitate doloris iucundos  
volupta-

120 ANNOT. D. HENR. GRAVII

voluptatis fructus sibi parabat. Diomedes lib. I. de  
Chriarum vsl adscribit Portio Catoni.

Clauum  
clavo pel  
lere.

Philosophi seculi solent amorem veterem, amore novem,  
quasi clauum clavo pellere.] Et hoc proverbiū Hieronymo frequens est. Fælix Papa in epistola. Non  
enim detrahentibus bonum est detrahere; aut polo  
secundum vulgarem fabulam excutere palum; aut polo  
Hieronymus sumpsit verba hæc ex lib. 4. Cfr. Tuic.  
quæst. Etiam novo quodam amore, veterem amare,  
tanquam clauim clavio ejiciendum putant. De addi-  
gio hoc Aristoteles Polit. 5. Synesius ad Olympium.  
Lucianus in Philosophi & in Apologia, Iulius Pollux  
lib. 9. Eusebius in Heracle.

Summis  
labijs.

Hospitalitatem persequentes.] Rom. 12. 17. In paci-  
vian dianoyles. Nos stantes.

Et non leui citatoq; sermone, & (vt ita loquar) summis  
labiis hospites inuitemus.] Seneca. Nō à summis labiis  
ista venerint, habent hæc voces fundamentū. Apud Lu-  
cianum in Apologia & in dialogis amatorij.

Pensum.

Operis tui pensum persoluas. ] Infra ad Lætam. Red-  
dat tibi pensum quotidie de scriptuarum florib;  
carptum. Ad Furiam. Pensum. Domino tuo reddi-  
Cic. de Oratore libro tertio. Nunc ad reliqua progre-  
diar, meque ad meum munus pensumque renocabo.  
Apud Varronem libro secundo, de re rustica cap. 1.  
primo: pensum absoluere. Apud Plautum in Pers.  
Pensum confidere. In Bacchid. Pensum lepide ac-  
curare.

Fercula  
pomparū

Pomparum ferculis similes procedunt in publicum  
Libenter utitur Hieronymus hac verborum fonte.  
In epistola ad Ruffinum, cuius initium: Plus Deum.  
Item in Iouinianum libro primo. Et in capite quinto  
Amos. Ingrediuntur pompatice, vt tumorem animi  
corpus ostendat & pomparum ferculis similes effe-  
videantur. Ciceronem imitatur libro primo officio-  
rum: Cauendum est autem, ne aut tarditatibus viza-

murin gressu mollioribus, vt similes pomparum fer-  
eulis esse videamur, aut in festinationibus suscipia-  
mus nimias celeritates. Ambrosius libro 1. Officio-  
num: non tam Ciceronem imitatur, quam pari ele-  
gantia ac ueritate cum eo certet. Sunt etiam (inquit)  
qui sensim ambulando imitantur histrionicos gestus,  
& quasi quedam fercula pomparum, & statuarum  
motus nutantium, vt quotiescumque gradum trans-  
ferant, modulos quosdam seruare videantur. Simi-  
lia his habet lib. de virginib.

*Vt caninam exerceant facundiam.] Aduersus Helui-* Canina  
dium. Et caninam facundiam seruus Domini pariter facundia.  
expiciatur, & mater. Ad Mineruum & Alexandrum.  
De canina (vt ait Appius) facundia ad Christi diser-  
tinudinem transmigastis. Lactantius lib. 6. cap. 18.  
Sed quia ipse caninam illam facundiam (sicut Salu-  
stius ab Appio dictum refert) exercuit, voluit quoque  
hominem canino more viuere. Prudentius in Ha-  
mattigenia.

Ambitus ventosa tumet, doctrina siperbit,  
Personat eloquium, nodos fraus abdita necit.  
Inde canina foro latrat facundia toto. Item apud Qin  
tilianum lib. duodecimo, capite nono. Columellam  
præfatione lib. 1. Nonium Marcellum, in dictione,  
Rabula.

Intrase nescio quid cornicantes; Persius Sat. 5.  
Nescio quid tecum graue cornicaris inepit.

Stupentibus in terram oculis rupientia verba trutinan-  
tar. Idem Sat. 3. Verbatru-  
m. Obstipio capite, & figentes lumine terram, tinari.  
Marmura cum secum & rabiosa silentia rodunt:  
Atque exporrebo trutinantur verba labello.  
Item ad Marcellam. Causa verba, & in modum ves-  
ticarum, buccis trutinatur inflatis. Item ad Dama-  
sum, inflatis buccis spumantia verba trutinant.

*Et Hippocratis magis fomentis, quam nostris mendatis indigent.*] Lib. i. in Iouinianum. Vel arterum morbo phrenetico Hippocratis alligandum vincit. Item Ripario. Et testimonijs scripturarum, quasi vniculis Hippocratis volui ligare furiosum.

*Ab edilibus, quos ἀγραφόμοιος Greci appellant.*] Hesychius. ἀγραφόμοιος, δίκασης, οὗ ἐγράφηντο δίκαιοι.

*Neque peccantium ducaris multitudine, & te permissum turba sollicitet.*] Ad Furiam. Dum peccantium multitudine, putant culpam minui peccatorum. Ad Colantium. Neque enim debemus ad multitudinis exempla respicere, quae non tam ratione ducitur, quam quadam impetu feruntur. Admodum frequens est huc Hieronymo sententia, nec multum abhorret ab eo quod habet Seneca ad Marciam. Malevoli solani genus est, turba miserorum.

*Et tamen in omnium ore versantur.*] Ciceronis et In ore omnium quotidie versabatur.  
*Et te populus, vel Pontifex ciuitatis in clerum elegerit.* Corrigc, allegerit. Ante finem lib. i. in Iouinianum. Postquam in pontificatum fuerint electi. Aduersus Luciferianos. Reuera de Platonis & Aristophanis fini in Episcopatum allegantur. Hanc lectionem proba, fide antiquorum codicum ductus.

*Ne credas laudatoribus tuis, imo irrisoribus aure ne benter accommodes.*] Huic applaudit quod habet in ps. Micheæ. 6. Nec accommodetis aurem decipienti.

**Ciconia** *Sed subito respexeris, aut ciconiarum deprehendes polli colla curvari, aut manu auriculas agitari asini, ut effusa rem canis protendi linguam.*] Summa cum elegantia hoc effigiatum est ad carmen Persianum. Sat. I. *O Iane a tergo quem nulla ciconia pinst,*  
*Nec manus auriculas imitata est mobilis albas,*  
*Net lingue, quantum sitiat canis. Apula, tantum*  
*Testudine Grunnius incedebat ad loquendum gradu-*

& per interualla quedam rix paucā verba carpebat.]  
 Ruffinum recte suggillat, ad quem lib. I. Inuectiu-  
 num. Tu (inquit) qui in Latinis mussitas, testudineo  
 gradu moueris potius, quām incedis. De eodem loqui  
 tur in præfat. lib. I. commentariorum in Hieremiam.  
 Quod non videns præcussor eius Grunnius olim  
 ausus est carpere, cui duobus respondi libris; Sentit  
 virunque inuectiuarum librum in Ruffinum. In  
 quarto autem commentorum lib. capite 22. dicit  
 Grunnum vertisse Xysti Pythagoricilibellum. Ip-  
 sum autem interpretem esse Ruffinum præfixa docet  
 ad Apronianum præfatio, cui quoque dedicat inuecti-  
 uarum librum in Hieronymum, & versionem libri  
 Apologetici Gregorij Nazianzeni. Hac etiam di-  
 ctionis formula in. 3. contra Pelagianos viitut. Cum  
 perspicue in eis stili tui splendor eluceat, & tanta ve-  
 nustas eloquij Tulliani, ut testudineo incedens gradu,  
 que secreto doces, mittisq[ue] venalia, publice non  
 audeas profiteri. Huic affine est illud in Oſcē cap.  
 12. Testudo tardigrada, & enerata, imo oppresa  
 pondere suo, non tam ambulat, quām mouetur.  
 Extat apud Ciceronem lib. 2. de diuinatione, eni-  
 gma Pacuvianum, cuius & Tertullianus, in lib. de  
 pallio meminit.

Sanguine cassa, domi porta, terrigena traditur,  
 Quadrupes tardigrada, agrestis, humilis, aspera,  
 Capite brevi, ceruice anguina, asperci truci,  
 Euiscerata, inanima cum animali ſono.

Adducto supercilio, contractisq[ue] naribus, at fronte ru-  
 gata.] Paulino. Adducto supercilio, grandia verba tru-  
 tinantes. Contra Pelagianos lib. I. Critobulus meus  
 adducto supercilio loquitur.

Duobus digitulis concrepabat.] Ad Pammachium in Digitis  
 epiftola, cuius intium. Si iuxta. Et concrepantibus di- cōcrepare  
 gitis, ridentes dicitis. Ciceronianum est. 3. officiorum.  
 Itaque si vir bonus habeat hanc vim, ut si digitis con-  
 crepauerit

crepauerit, possit in locupletum testamēta nomē cīs  
irrepere. Martialis in distichis: lib. 14.

Cum posco crepitu digitorum, & verba moritur,  
O quoties pellex culicira facta mea est.

*Longinus*

Creticum dices esse Longinum. ] Legē Criticum.  
Nequaquam Longinum Calsium sentit, quem Ne  
iussit interfici narrante Tacito, sed philosophum Lon  
ginum Cassiūm p̄ceptorem Porphyrij. Vixit (Sunda  
re) Aurelianī imperatoris tempore Χειροπέδης, νεόνεας: occisus ab eodem, οὐ γυναικείως  
τοξοῖς την οὐρανίου γύναικι. Scriptit varia & multa.

Lege Vopiscum in Aureliano.

Censoriumque Romanae facundie. ] Sic legendū  
vetusti codices docent. Catonem Romanum Longi  
no Greco opponit.

Plus placebat in prandijis. ] Est alia lectio forte p̄  
rior; plus ille placebat in prandijis.

Nec mirum, qui multos increpare solitus erat, qui mul  
tum in esca resolutus erat. ] Vitiatus locus etiam in an  
tiquis exemplaribus.

Prima Leo, postrema Draco, media ipsa Chimera. ] Lu  
cretij est in. 5. de rerum natura.

Sed obturantis aures suas, ne audiat iudicium sangu  
inis. ] Locus est Esaic. 33. iuxta Lxx. xgio-iv αἴρεται.

Nec patiatur te in alteram partem declinando, niam  
relinquere regiam. ] Alludit ad id quod scribitur, Nu  
meri. 21. viam regiam gradiemur, donec transeamus  
terminos tuos.

Domine pacem da nobis, omnia enim dedisti. ] Legē  
reddidisti. ἀπέδωκες. Retulit Esaic verba ē cap. 26.  
iuxta. lxx. Domine Deus noster pacem da nobis.  
Omnia enim reddidisti nobis. Ibi nostra æditio habet  
Dominus dabis pacem nobis, omnia enim opera ope  
ratus es in nobis.

SAB

IN EPIST. IIII. AD RV S. 125

*Sanctus Exuperius Tolose Episcopus.*] Meminit Exuperius  
huius & ad Furiam. Habes sanctum Exuperium pro-  
batæ ætatis, & fidei, qui te monitis suis frequenter in-  
stituat. Rursus Agrochiae. Non possum absque la-  
chrymis Tolose facere mentionem, quæ ut hucusque  
non rueter sancti Episcopi Exuperij merita præstite-  
runt. Huic Exuperio scribit tres libros commentatio-  
rum in Zachariam, commendans tam eius pietatem,  
quam liberalitatem.

*Fame torqueretur aliena.*] Hieronymiana locutio est.

*Omnem substantiam Christi visceribus erogauit.*] Idioma Apostolicum est, quo ostendit plenam ex  
animo, cordis charitatem atque affectum.

*Nihil illo dittus qui corpus Domini, canifro vimineo,*  
*sanguinem portat in vitro.*] Libet adscribere ex Synodo Vasa sacra  
Tyburiensi, de diuersitate vasculorum, quibus apud  
priscos Dominici corporis, & sanguinis celebrari so-  
lent mysteria. Verba sunt cap. 18. quæ Gratianus  
quoque profert de consecratione, distinctione. i. cap.  
Vasa, sed admodum vitiata. Vasa quibus sacrosancta  
conficiuntur mysteria, calices sunt, & patenæ: de qui-  
bus Bonifacius martyr, & Episcopus interrogatus, si li-  
cet in vasculis ligneis Sacraenta confidere, respon-  
dit. Quondam Sacerdotes aurei, ligneis calicibus uti-  
bantur, nunc è contra, lignei Sacerdotes aureis uti-  
tur calicibus. Zephyrinus 16. Romanus Episcopus,  
patenis vitreis missas celebrari constituit, Tum deinde  
deinde Vibanus X VIII. Papa omnia ministeria  
sacrata fecit argentea. In hoc enim sicut & in re-  
liquis cultibus magis & magis per incrementa tem-  
porum, decus secrevit ecclesiastum. Nostris enim  
diebus, qui serui patrifamilias sumus, ne decus ma-  
tris Ecclesiæ imminuatur, sed magis cumuletur &  
amplificetur, statuimus ut deinceps nullus sacerdos  
factum mysterium corporis & sanguinis Iesu Chri-  
sti Do-

126 IN EPIST. IIII. AD RV<sup>s</sup>  
sti Domini nostri, in ligneis vasculis vlo modo con-  
ficere præsumat, ne unde placari debet, inde inas-  
Deus.

**Antifago** *Durum, grande, difficile, sed magna sunt premia,*  
**ge.** *Antifagoge est, id est compensatio. Est autem huic  
modi secundum Aquilam Romanum, vbi aliquid dif-  
ficile & contrarium confitendum est, sed contra illi-  
citur non minus firmum; qualia sunt hæc de rego  
Ptolemaeo apud Ciceronem. Difficilis ratio bel-  
igerendi: at plena fidei, plena pietatis. Et si dicas,  
Magnus labor, magna peticula proponuntur. At glo-  
ria ex his immortalis est consecutura. Item lib. 3.  
Tuscul. quæst. Magnum opus & difficile, quis ne-  
gat? Quid autem præclarum, non idem arduum? Ho-  
ratius lib. primo carminum, Ode. 24.  
*Durum, sed lessius fit patientia,*  
*Quicquid corrigere est nefas.**

EPISTO

EPISTOLA QVINTA.

127

A R C U M X N T Y M

Florentium, ob summam in Christi pauperes munificen-  
tiam, collaudatum, rogat: ut epistolam, huic copula-  
tam, Ruffino, cuius laudes etiam adniscet, porrigerem non  
gaueatur.

Hieronymus ad Florentium.

**V**ANTVS beatitudinis tue ru-  
mor diuersa populorum ora com-  
pleuerit, hinc poteris estimare,  
quod ego te ante incipio amare,  
quam nosse. Ut enim, ait Aposto- <sup>3. Time. 1.</sup>  
lus, quorundam hominum peccata manifesta sunt,  
precedentia ad iudicium: ita è contrario tue dile-  
ctionis fama dispergitur, vt non tam laudandus sit  
ille qui te amat, quam scelus putetur facere ille, qui  
non amat. Pratermitto innumerabiles, in quibus  
Christum sustentasti, pauisti, vestisti, visitasti. He-  
liodori fratris à te adiuta necessitas, misericordum etiam  
potest ora laxare, quibus gratijs, quo ille praconio  
peregrinationis incommoda à te fota referebat? Ita  
ut ego ille <sup>tardissimus</sup>, quem intolerabilis languor  
vexat, pennatis, (vt aiunt) pedibus, <sup>ardentissi-  
mus.</sup> certe chari-  
tate & voto te salutauerim, & etiam complexus <sup>charita che-  
ritatis.</sup>  
sim. Gratulor itaq; tibi, & nascentem amicitiam,  
ut dominus <sup>sædarare.</sup> confœderare dignetur precor. Et quia <sup>Ruffinus.</sup>  
pater Ruffinus, qui cum sancta Melania ab AEGY-  
pto Hierosolymam venisse narratur, indiuidua mihi  
germa-

germanitatis charitate connexus est : queso ut epistolam meam huic epistole tue copulatam , eirendere non graueris . Noli nos eius estimare virtutibus . In illo confessio expressa sanctitatis vestigia . & ego cinis & vilissima pars luti . etiam famulum & vror , satis habeo , si splendorem morum imbecillitas oculorum meorum ferre sufficiat . Tummodo se lanit , & mundus est , & tanquam nidealbatus : ego cunctis peccatorum sordibus magnanatus , diebus ac noctibus opperior cum tremore reddere nouissimum quadrantem . Sed tamen quidere Dominus soluit compeditos , & super humiliter trementem verba sua requiescit , forsitan & inde in sepulchro scelerum iacenti , dicat : Hierome , veni foras . Sanctus presbyter Euagrus primum te salutat : & Martinianum fratrem catena languoris inuestor .

## ANNOTATIONES IN EPIST.

AD FLORENTIVM.

**R**umor diuersa populorum ora compleuerit .] Alter dit ad illud Virgilianum libro quarto Accidit ubi famam suis depingit coloribus . Hac multo multiplici populos sermonе replebat .  
Pretermitto innumerabiles , in quibus Christum sentasti .] Huius pietatis meminit in Appendice canonorum Eusebii Anno Valentini 14. Florentius Bonosus & Ruffinus insignes monachi habentur , quibus Florentius tam misericors in egentes fuit , vulgo pater pauperum nominatus sit . Corrupte ibi Florentinus legitur .

Et quia

Et quid frater Ruffinus, qui cum sancta Melania.] Ruffinus  
 Ruffine quem in chronicis Euseb. insignem mona- Melania.  
 chum scribit, in alijs quoque plurimarum epistolarū  
 locis, miris laudum effert praeconij. Melaniae me-  
 minit in eisdem chronicis praefectaque virtutis am-  
 pliss. testimonium eidem reddit. Anno (inquit) 10.  
 Valentini, & Valentis, Melania nobiliss. mulierum  
 Romanarum, & Marcellini quondam consulis filia,  
 vnico pretore tunc Vibano filio derelicto, Hierosoly-  
 mam nauigavit, vbi tantum virtutum, precipueque  
 humilitatis fuit miraculo, ut Teclæ nomen accepit.  
 Et ad Paullum super obitu Blefillæ: Sancta Melania  
 nostri temporis inter Christianos vera nobilitas, ca-  
 lente adhuc mariti corpusculo, & hoc necdum huma-  
 to, duos perdidit filios, postea vnico filio, omni, quā  
 habebat, possessione concessa, ingruente iam hyenie  
 Hierosolymam nauigavit. Verum hæc scripta sunt  
 à D. Hieronymo antequam arctissima illa dulcissi-  
 maque necessitudo versa fuit in odiosam calumniam.  
 Liber hic cum D. Augustino præ animi dolore acer-  
 bissime exclamare: O misera, & miseranda conditio.  
 O infida in voluntatibus amicorum scientia presen-  
 tum, vbi nulla est præscientia futurorum. Quis ami-  
 cus non formidetur, quasi futurus inimicus, si potuit  
 inter Ruffinū & Hieronymū hoc, quod plangimus, ex-  
 oriri? Quando non? cui non? vbi non? homini formi-  
 dandum? cum eo tempore, quo abiectis iam sarcinis  
 secularibus, iam expediti Dominum sequebamini, &  
 in ea terra viuebatis simul, in qua Dominus humanis  
 pedibus ambulans, pacem meam (inquit) do vobis, pa-  
 cem relinquo vobis, viris ætate matutis, & in eloquio  
 Domini abundantibus, vobis accidere potuerit? Verè  
 tentatio est vita hominis super terram. In Melaniam  
 quoque nō absque stomacho scribit Ctesiphonti, cla-  
 titudinem generis, & nobilitatem morum, nigredinis  
 nomine offuscās, (hoc enim Melania Graco idioma-

Iob 7.

130 EPIST. HIERO. AD FLO.  
te significat: )Euagrius Ponticus (inquit) Iberita, scribit ad eam , cuius nomen nigredinis testatur perfidis  
tenebras.

*Individua mibi germanitatis charitate connexa.* [4.]  
Mutuo sumptum à Cypria. epistola. 1. ad Cornelium,  
Individua concordia. Et lib. 2. epistola 3. Hęc et sen-  
per & maneat , individua dilectio . Item epistola. 4.  
Honori nōs vestro charitas individua connectit, fit  
quens est hęc phrasis Cypriano, & vſitata: epistola. 3.  
lib. 2. & lib. de lapsis. denique in tractatu de ſimpli-  
tate prælatorum.

*Noli nos eius estimare virtutibus.* ] Ad Principium.  
Qui de suo ingenio cæteros estimabat . Et fabiolce.  
Non enim magnorum virorum ingenij, sed meis  
sum viribus estimandus. Imitatus est locum hunc ex  
Salustio . Desine vnumquemque moribus tuis affi-  
mare , Sic ibi lego , non exſtimare.

*In illo conficies.* ] Cypriani est epistola. 4. lib. 4. Ap-  
parent in membris longa tube consumptis , expedita  
vestigia.

EPISTO.

# EPISTOLA SEXTA.

A R G Y M E N T U M .

Alteram ad Florentium scribit epistolam, postulans ab eo libtos aliquot, quibus ipse carebat, de suis codicibus interea offerens, quoscunque Florentius voluisse. Illud vero obseruat dignum, sanctissimum virum tantisper apud Trenios commoratum fuisse, ut diu Hilarij, proximum valde librum de synodis, propria descripsit manu.

Hieronymus ad Florentium.

N ea mihi parte eremi commortanti, que iuxta Syriam Saracenis iungitur, dilectionis tue scripta perlata sunt. Quibus lectis, ita redaccensus est animus Hierosolymam proficisciendi, ut penè no- cuerit proposito, quod profuerat charitati. Nunc igitur quomodo valeo, pro me tibi literas represen- to: & si corpore absens, amore tamen & spiritu venio: impendio exposcens, ne nascentes amicitias, que Christi glutino cohererunt, aut temporis, aut locorum magnitudo diuelliatur, quin potius fœderemus eas reciprocis epistolis. Illæ inter nos currant, illæ sibi obuient, ille nobiscum loquantur. Non mul- tum perditura erat charitas, si tali secum sermone fabuletur. Ruffinus autem frater, ut scribis, nec dum venit: & si venerit, non multum proderit de- siderio meo, cum eum iam visurus non sim. Ita enim & ille longo intervallo separatus est, ut huc non posse excurrere: & ego arreptæ solitudinis ter- minis arceor, ut cœperit iam mihi non licere, quod

volui. Ob hoc & ego obsecro, & tu ut petas plu-  
 rimum queso, ut tibi beati Rhetitij Augustinianis  
 Episcopi commentarios ad scribendum largiarum,  
 & sublimiori in quibus Canticum canticorum & sublimi ore diffe-  
 rent. Scripsit mihi, & quidem de patria supradicti  
 fratris Ruffini. Paulus senex, Tertullianus suum re-  
 dicem apud eum esse, quem vehementer reposci-  
 Et ex hoc queso, ut eos libros, quos me non habet  
 brevis subditus edocebit, librarij manu in charta scri-  
 bi iubeas. Interpretationem quoque Psalmorum  
 Davidicorum, & prolixum valde librum de synodus  
 sancti Hilarij, quem ei apud Treuuros manu mes-  
 ipse descripsit. eque ut mihi transferas peto  
 Nos si hoc esse Christiane anime pabulum, sim legi  
 Domini meditetur die ac nocte. Ceteros hospites  
 recipis, solatio fones, sumptibus iuuas. Mihi si re-  
 gata prestiteris, cuncta largitus es. Et quoniam  
 largiente domino, multis sacre bibliotheca codi-  
 bus abundans, imperia vicissim quodcumque co-  
 mittam. Nec putas mihi graue esse, si iubegas. Ha-  
 beo alumnos, qui antiquarie arti seruitunt. Nege  
 vero beneficium, pro eo quod polliceor postulo. He-  
 liodorus frater mihi indicauit, te multa descripi-  
 querere, nec inuenire. Aut si omnia babes, in qua-  
 sibi charitas, & vendicare, plus petere. Magistrum  
 autem pueri tui (de quo dignatus es scribere, que  
 plagiatorem eius esse non dubium est) sepe Euagri  
 presbyter, dum adhuc Antiochiae esse, me pre-  
 te corripuit. Cui ille respondit: Ego nihil timo.  
 Dicit  
 ? vindicare.  
 & incipiet.

Dicit se à domino suo fuisse dimissum: & si vobis placet, ecce hic est, transmittite, quod vultis. In hoc arbitror me non peccare, si hominem vagum nō sinam longius fugere. Quapropter quia ego in hac solitudine constitutus, non possum agere, quod iusfisi rogaui charissimum mihi Euagrum, ut tam tu, quam mei causa instanter negotium prosequatur.

ANNOTATIONES IN EPISTO-

LAM PRAECEDENTEM.

[Ne ea mibi parte eremi commeranti, que iuxta Syriam Sarracenis iungitur.] Vaitissima est hæc solitudo, à multis monachis habitata, quorum muliti tantæ abstinentiæ fuerunt, ut præter aquam luculentam, & arborum fructus, ac herbas sua sponte ibi nascentes nihil gustarent, etiam ad decrepitam usque senectam. Ad hanc se Hieronymus transtulit, quemadmodum ipse net scribit ad Damatum, pro facinoribus prioris vitæ. Meminit huius rei ad eundem in epistola, cuius initium, Importuna Christi vestem (inquit) in Romana vrbe suscipiens, nunc barbaro Syriae limite teneor. Et in epistola, Non debet. Nam postquam sancto Euagrio transmittente (loquitur de literis) in ea ad me eremi parte delatae sunt, quæ inter Syrios, & Sarracenos vastum limitem ducit,

[Ne nascentes imicitiæ.] Epistola præcedenti. Et nascentem amicitiam vt Dominus.

[Que Christi glutino cohererunt.] Hieronymus Paulino. Vera illa necessitudo est, quæ Christi glutino copulata. In cap. 32. Hieremiac. Qui malorum hominum abutuntur ministerio & non audent abijcere eos, quos male conscientiæ norunt sibi glutino copulatos. A Cypriano mutuata metaphora, ad Stephanum: Faunus collega noster. Copiosum corpus est sacerdos-

tū, concordiæ mutuæ glutino copulatū. Et ad Pupi-  
num. Ego te frater Ecclesia sibi cohærentium inuicem  
sacerdotum glutino copulata. Item in tractatu, De  
simplicitate prælatorum, fides vna, & plebs in solidam  
corporis unitatem, concordiæ glutino copulata.  
Rheticij. *Vt tibi beati Rheticij.*] De quo Episcopo latet in  
epistola ad Marcellam cuius initium. Nuper, & in lib.  
de viris illustribus.

*Sublimiore dissensuit.*] Os sublime, sermonis vocalis  
elegantiam, ac puritatem: vsus est enim, teste Hieroni-  
mo, stilo composito, & Gallico cothurno fuit.

*Paulus senex.*] Ad hunc Paulum sēnem centenariū  
extat Hierony. epistola cuius initium. Humanæ vi-  
tæ. Meminit, & in lib. de illustrib. viris, in Tertulliano.  
Vidi ego ( inquit ) quendam Paulum Cocordiz,  
( quod oppidum Italiae est ) sēnem.

Euagrius. *Euagrius presbyter dum adhuc Antiochiae effec-  
tus.* Fuit hic Euagrius presbyter, postea Antiochiae Epis-  
copus, subinde huius meminit ut lib. de illustrib. vi-  
ris. Ad Russinum, Ad Innocentium de muliere sepius  
icta. In vita Malchi captiui monachi. In chronicis  
Eusebij ad hunc modum, Anno. 2. Aureliani. In qua  
pugna ( inquit ) strenuissime aduersus eam ( Zenobij )  
dimicauit Pompeianus Dux cognomento Francus;  
cuius familia, hodieque apud Antiochiam perseverat;  
& ex cuius Euagrius presbyter charissimus nobis fit.  
pe descendit. Fuit alias Euagrius Iberita monachus,  
de quo Prosper in chronicis. Anno. 3. Arcadij cum fa-  
Honorio, Euagrius incredibilis abstinentia mona-  
chus, & in sacris literis eruditus, apud Atgyptios habe-  
tur insignes. De quo copiosius dicetur in epistola..  
Non audacter ad Ctesiphontem..

# EPISTOLA SEPTIMA.

## ARGUMENTVM.

Toxotius Paulæ filius Lætam, Albini, viti quidem nobilis, sed gentilis filiam duxerat uxorem, ex qua prolem Paulam nomine suscepit: quam mater, ut erat mulier religiosissima nec dum conceptam, virginitati destinarat. Docet Hieronymus quomodo anima, templum Dei futura, informanda sit, qualis elegendus magister, qualis nutrita, quis cultus obseruandus, quæ ieiunia, quæ vigiliae, qui libet legendi, qui non. Denique matrem hortatur, ut filiam statim mittat Beth-lehem ad auiam, sc & magistrum & nutritum futurum promittit.

## Hieronymus ad Lætam de institu- tione filiae.

**P**O ST O L V S Paulus scribens ad Corintios, & rudem Christi ecclesiam sacris instituens disciplinis, inter cetera mandata hoc quoque proposuit, dicens: Si qua mulier 1. Cor. 7. habet virum infidelem, & hic consentit habitare cum ea, non dimittat virum. Sanctificatus est enim vir infidelis in uxore fideli: & sanctificata est mulier infidelis, in viro fideli. Alioqui filij vestri immundi essent, nūno autem mundi sunt. Si cui forte hactenus videbantur nimium discipline vincula lata, & preceps indulgentia preceptoris, consideret dominū patris tui, clarissimi quidē & eruditissimi viri, sed abhuc ambulantis in tenebris: & intelliget consilium Apostoli illud prosecisse, ut radicis amaritudine, dulcedo fructū cōp̄esaret: & viles virgule, balsama preiosa sudarent. Tu es nata de impari matrimo-

nio: de te & Toxotio meo Paula generata est. Quis  
 hoc crederet, ut Albini pontificis neptis de repromis-  
 sione martyris: nasceretur: ut presente, & ga-  
 dente auro, parvule adhuc lingua balbutiens, Christi  
 alleluia resonaret? ut virginem Dei in suo gremio  
 nutritum senex? Et bene feliciterque expectamus.  
 Sancta & fidelis domus virum sanctificat infideliem.  
 Iam candidatus est fidei, quem filiorum & nepo-  
 rum credens turba circundat. Ego puto etiam ipsum  
 Iouem, si habuisset talem cognitionem, potuisse in  
 Christum credere. Despuat licet, & irrideat episco-  
 lam meam, & me vel stultum, vel insanum clam-  
 tet: hoc & gener eius faciebat antequam crederet.  
 Fiant, non nascuntur Christiani. Auratum squalidum  
 Capitolium. Fuligine & aranearum telis omnia  
 Roma templa cooperta sunt. Monetur urbs sedicio-  
 sis, & inundans populus autē delubra seminrit, cor-  
 rit ad martyrum tumulos. Si non extorqueat fidem  
 prudentia, extorqueat saltem verecundia. Haec  
 Lata religiosissima in Christo filia dictum sit, ut non  
 desperes parentis salutem: & eadem fide qua me  
 i. cotinusque. ruisti filiam, & patrem recipias, totaque domus ba-  
 titudine perfruaris, sciens illud à domino reprobus-  
 sum: Que apud homines impossibilia, apud deum pos-  
 sibilia sunt. Nunquam est sera conuersio. Latro de  
 Daniel. 4. cruce transiit in paradisum: Nabuchodonosor Rex  
 Babylonis, post efferationem corporis & cordis, & be-  
 luarum in cremo conuictum, mentem recepit huma-  
 nam. Et, ut omittam vetera, ne apud incredulos  
 punitas

Matt. 19.

Luc. 18.

Luc. 23.

Daniel. 4.

nimis fabulosa videantur, ante paucos annos propin-  
 quis vester Gracchus nobilitatem patritiam sonans Gracchus.  
 nomine, cum prefecturam gereret Urbanam, nonne  
 specum Mithrae, & omnia potentuosa simul acra,  
 quibus Corax, Niphus, Miles, Leo, Perses, Helios,  
 Dromius pater initiantur, subuertit, fregit, exussit?  
 & his quasi ob sidibus ante premisis, impetravit ba-  
 ptismum Christi. Solitudinem patitur & in urbe  
 gentilitas. Diij quondam nationum cum bubonibus  
 & noctuis in solis culminibus remanserunt. Vexilla  
 militum, crucis insignia sunt. Regum purpuras &  
 ardentes diademata gemmas, patibuli salutaris pi-  
 ttura condecorat. Iam & AEgyptius Serapis Chri-  
 stianus factus est. Marnas Gaze luget inclusus, &  
 euerctionem templi iugiter pertermisit. De India,  
 Perside, AEthiopia monachorum quotidie turmas  
 suscipimus. Depositus pharetras Armenius. Huni  
 discunt psalterium: Scythiae frigora feruere calore  
 fidei: Getarum rutilus & flamus exercitus, eclesia-  
 rum circumfert tentoria, & ideo forsitan contra nos  
 equa pugnant acie, quia pari religione confidunt.  
 Penè lapsus sum ad aliam materiam, & currente Horat: in  
arte Poë-  
tica.  
 rota, dum uoceum facere cogito, amphora n finxit  
 manus. Propositum enim mihi erat, sancte Mar-  
 telli & tuis precibus in uitatum, ad matrem, id est,  
 ad te sermonem dirigere, & docere, quomodo insti-  
 tuere Paulam nostram debeas, que prius Christo  
 consecrata est, quam genita: quam ante votis,  
 quam utero concepisti. Vidimus aliquid temporis

bus nostris de prophetalibus libris: Anna sterilitatem  
alii, fecunditate mutauit. Tu luctuosam fecundia-  
tatem, vitalibus liberis commutasti. Fidens loquar,  
accepturam te filios, quae primū factum domino redi-  
didisti. Ista sunt primogenita, quae offeruntur in lege.  
Sic natus est Samuel, sic ortus Samson est, sic Ioan-  
nes Baptista ad introitum Maria exultauit & laetitiae-  
Audiebat enim verba domini per os virginis personā-  
tis, et de utero matris in occursum eius gestiebat erū-  
pere. Igitur quae de reprobatione nata est, dignabat  
beat ortu suo institutionem parentum. Samuel nu-  
tritur in templo: Ioannes in solitudine preparatur.  
Ille sacro crine venerabilis est, vinum & sicerā non  
bibit: adhuc parvulus cum domino seruocinatur.  
Hic fugit urbes, Zona pellicea cingitur, loculus alius  
ac melle sylvestri: & in typum pénitentie predicit-  
de, tortuosissimi animalis vestitur exuvijs. Sic era-  
dienda est anima, quae futura est templum dei. Ni-  
bil aliud discat audire, nihil loqui, nisi quod ad tri-  
mōrē dei pertinet. Turpia verba non intelligat, can-  
tica mundi ignoret. Adhuc tenera lingua, psalmi  
dulcibus imbuatur. Procul sit etas lasciuia puerorum:  
ipse puelle & pedisique à secularibus confortijs at-  
ceantur, ne quod male didicerint, peius doceant.  
Fiant ei literæ, vel buxæ, vel eburnæ, & suis no-  
minibus appellantur. Ludat in eis, vt & lusus ipse  
eruditio sit. Et non solum ordinem teneat litera-  
rum, vt memoria noniunum in canticum transeat:  
sed & ipse inter se crebro ordo turbetur, & medijs

z. Reg. 1.  
Iud. 13.  
Luc. 1.

z. Reg. 1.  
Luc. 1.  
z. Reg. 3.  
Matth. 3.

ultima, primis media misceantur: ut eas non sono-  
tantum, sed & visu nouerit. Cum vero cœperit  
trementi manu stilum in cera ducere, vel alterius  
superposita manu teneri regantur articuli, vel in  
tabella sculptantur elementa, ut per eosdem sulcos  
inclusa marginibus trahantur vestigia, ut foras non  
queant euagari. Syllabas iungat ad premium: &  
quibus illa etas deliniri potest, munusculis imitetur.  
Habeat & in discendo socias, quibus inuidet, qua-  
rum laudibus mordeatur. Non obiurganda est, si  
zardior sit: sed laudibus excitandum est ingenium,  
ut & viciisse gaudeat, & victa doleat. Cauendum  
in primis, ne oderit studia: ne amaritudo eorum pre-  
cepta in infantia, ultra rudes annos transeat.  
Ipsa nomina per quæ consuecit paulatim verba con-  
texere, non sint fortuita, sed certa & coacerua-  
ta de industria, prophetarum videlicet atque Apo-  
stolorum, & omnis ab Adam patiarcharum se-  
ries, de Mattheo Lucaq<sub>3</sub>, descendat: ut dum  
aliud agit, future memoriae preparetur. Magi-  
ster prob<sup>e</sup> etatis & vite atque eruditio*nis* est eli-  
gendus: nec puto erubescet vir doctus, id face-  
re in propinqua, vel nobili virgine, quod Aristote-  
les fecit in Philippi filio, ut ipse librariorum vi-  
litate initia tradiceret literarum. Non sunt con-  
temnenda quasi parua, sine quibus magna con-  
stare non possunt. Ipse elementorum sonus & prima  
institutio preceptorum, aliter de erudito, aliter  
de rustico ore profertur. Vnde & tibi est prouidendum,

dendum, ne ineptis blanditijs fœminarū, dimidiata  
 dicere verba filia consuecat, & in auro aræ purpu-  
 ra ludere: quorum alterum lingue, alterum mor-  
 bus officit: ne discat in tenero, quod ei postea desi-  
 cendum est. Gracchorum eloquentie, multum as-  
 t<sup>t</sup> Hortensia.  
 Florat.  
 infantia sermo matris contulisse scribitur. Harpe-  
 sij oratio inter paternos sinus coaluit. Lunarum  
 eruditur, quod rudes animi peribērunt. Lunarum  
 conchylia quis in pristinum candorem reuocet? Re-  
 cens testa diu & saporem retinet & odorem, quo  
 primum imbuta est. Greca narrat historiæ, Al-  
 xandrum potentissimum regem, orbisq; domitorum,  
 & in moribus, & in incessu, Leonidis pedagogi su-  
 non potuisse carcere vitijs, quibus adhuc parvulus fu-  
 infectus. Proclius est enim malorum emulatio: &  
 quorum virtutes assequi nequeas, cito imitari viti-  
 Nutrix ipsa non sit temulenta, non lasciuia, non ga-  
 rula: habeat modestam gerulam, nutritum gra-  
 uem. Cum auum viderit, in pectus eius transfixa  
 de collo pendeat: nolenti, alleluia decantet. Rapta  
 eam auia, patrem risibus agnoscat: sit omnibus am-  
 bilis: & uniuersa propinquitas, rosam ex se natam  
 gaudeat. Discat statim quam habeat & alteram  
 auiam, quam amitam: cui imperatori, cui exer-  
 ciui tyruncula nutriatur. Illas desideret, ad illas re-  
 minitetur abscessum. Ipse habitus & vestitus de-  
 ceat eam, cui promissa sit. Cauē ne aures eius per-  
 fores: ne cerussa & purpurisso consecrata Chri-  
 sti  
 era de pingas, nec collum auro et margaritis premas.

nec caput gemmis oneres, nec capillum irufes; &  
 et aliquid de gehennæ ignibus auspiceris. Habeat  
 alias margaritas, quibus postea venditis, emptura  
 est pretiosissimum margaritum. Prætextata nobis <sup>Prætextata.</sup>  
 lusima quondam fœmina, iubente viro Hymetio, qui <sup>Hymetius.</sup>  
 patruus Eustochij virginis fuit, habitu eius cultumq;  
 mutauit: & neglectum crinem, mundano more  
 pexit, vincere cupiens & virginis propositum, &  
 matris desiderium: & ecce tibi eadem nocte cer-  
 nit in somnis venisse ad se angelum, terribili voce  
 minitatem pœnas, & hec verba frangentem: Tu  
 ne ausa es viri imperium præferre Christo? Tu caput  
 virginis Dei, tuis sacrilegis attrectare manibus, que  
 iam nunc arescent, ut sentias excruciatæ quid fecer-  
 sis: & finito mense quinto, ad inferna duceris. Sin  
 autem perseveraueris in scelere, & marito simul or-  
 baberis, & filijs. Omnia per ordinem expleta sunt,  
 & seram misere pœnitentiam, velox signauit inter-  
 nus. Sic ulciscitur Christus violatores templi sui,  
 sic gemmas & pretiosissima ornamenta defendit. Et <sup>1. Cor. 3.</sup>  
 hoc retuli, non quod insultare velim calamitatibus  
 infelium, sed ut moneam, cum quanto metu &  
 cautione seruare debeas, quod deo spopondisti. Heli-  
 sacerdos offendit deum ob vitia liberorum. Episco-  
 pus fieri non potest, qui filios habuerit luxuriosos, non <sup>1. Tim. 5.</sup>  
 subditos. At è contrario de muliere scribitur, quod <sup>1. Timo. 2.</sup>  
 salua fiet per filiorum generationem, si permanserit  
 in fide & charitate, & sanctificatione cum pudici-  
 tia. Si perfecta etas & sui juris imputatur paren-  
 tibus,

Ionx. 4.

Hierc. 50.

&amp;c. 51.

Gen. 34.

Deut. 24.

Ezech. 18.

Ioan. 9.

Pythago-  
rae litera.

Deut. 15.

ribus, quanto magis lactens & fragilis, que iuxta ser-  
tentiam domini, ignorat dextrā & sinistrā, id est  
boni & mali differentiā? Si sollicita prouideret, ne fu-  
percutiatur à vipera, cur non eadem cura prouide-  
ne feriatur à malleo vniuersi terrae? ne bibat de au-  
reo calice Babylonis? ne egrediatur cum Dina, &  
lit videre filias regionis alienae? ne ludat postules? ne  
trahat tunicas? Venena non dantur, nisi sub brevi tem-  
cum lita: & vitia non decipiunt, nisi sub brevi tem-  
braqu virtutum. Et quomodo, inquies, peccata pater-  
trum filijs non redduntur, nec filiorū parentibus, sed  
anima quæ peccauerit, ipsa morietur? Hoc de his de-  
citur, qui possunt sapere, de quibus in Euangelo scri-  
ptum est: AEtatem habet, loquatur pro se. Quia am-  
paruulus est, & sapit ut paruulus, donec ad annos se-  
pientiae veniat, & Pythagoræ litera T, cum per-  
cat ad huium, tam bona eius quam mala parentes  
imputantur. Nisi forte existimas Christianorum fa-  
lios, si baptisma non receperint, ipsis tantum rebus  
peccati, & non etiam scelus referri ad eos, qui des-  
noluerint: maxime eo tempore, quo contradicere non  
poterant qui accepturi erant: sicut è regione salu-  
fantium, maiorum lucrum est. Offerre nec ne-  
ditio, quæ prius cam voulisti, quam conciperes) ut  
autem oblatam non negligas, ad periculum tuum  
pertinet. Qui claudam & mutilam, & qualibet  
sorde maculatam obtulerit hostiam, sacrilegii re-  
est: quanto magis qui partem corporis sui, & illa-

base anime puritatem regis amplexibus parat, si neg-  
gzens fuerit, punietur? Postquam grandiuscula  
esse ceperit, & in exemplum sponsi sui crescere sa-  
cientia, etate, & gratia apud deum & homines, Luc. 2.

pergit ad templum veri patris cum parentibus suis,  
sed cum illis non egrediatur e templo. Querant eam  
in nimere seculi inter turbas & frequentiam propin-  
quorum, & nusquam alibi reperiant, nisi in adyto  
scripturarum, Prophetas & Apostolos de spirituali-  
bus nuptijs sciscitantem. Imitetur Mariam, quam Luc. 1.

Gabriel solam in cubiculo suam reperit: & ideo for-  
sit timore perterrita est, quia viru quem non sole-  
bat, aperexit. AEmuletur eam de qua dicitur: Omnis Psal. 44.  
gloria eius filie Regis ab intus. Loquatur & ipsa ele- Cant. 2.  
rito, charitatis iaculo vulnerata: Introduxit me Rex  
in cubiculum suum. Nunquam exeat foras, ne inue- Cant. 4.

niant eam qui circumneunt ciuitatem: ne percutiant  
& vulnerent, & auferant theristrum pudicitie, & + vulnerens  
nudam in sanguine derelinquant: quin potius cum auferentes,  
aliquis ossium eius pulsauerit, dicat: Ego murus, & Cant. 5.  
hubera mea turris: laui pedes meos, non possum in-

quinare eos. Non vescatur in publico, id est, in pa-  
rentum coniuvio, videat cibos quos desideret. Et licet  
quidam putent maioris esse virtutis, presentem con-  
temnere voluptatem: tamen ego arbitror securio-  
ris continentie esse, nescire quod queras. Legi quon-  
dam scholis puer: AEgre reprendas, quod finis + affuscere,  
confusere. Discat iam nunc & vinum non bibe-  
re, in quo est luxuria. Ante annos robuste estatis, Ephe. 5.

periculosa

periculosa est teneris grauis abstinentia: usq; ad  
 1. Tim. 5. tempus, si necessitas posculauerit, & balneas ader-  
 t. carnis.  
 1. Cor. 7. & vino utatur modico propter stomachum, & su-  
 nium edulio sustentetur, ne prius deficiant pede-  
 quam currere incipient. Et hoc dico iusta mi-  
 gentiam, non iuxta imperium, timens debilitatem  
 non docens luxuriam. Alioqui quod Iudaica sa-  
 stitio ex parte facit in reiectione quorundam anima-  
 lium atque escarum, quod & Indorum Brahman,  
 & AEgyptiorum Gymnosopistæ in polenti & or-  
 Zæ, & pomorum solo obseruant cibo, cur virgo Chri-  
 sti non faciat in toto? Si tanti vitrum, quare non  
 maioris sit pretij margaritum? Que nata est in  
 promissione, sic vivat ut illi vixerunt, qui de pro-  
 missione generati sunt. Aequa gratia, & quam ha-  
 beat & laborem. Surda sit ad organa. Tibia, hy-  
 cithara, cur facta sint, nesciat. Reddat tibi persim-  
 quotidie de scripturarum floribus carptum. Dicas  
 & Grecorum versuum numerum. Sequatur flamus  
 & Latina eruditio: que si non ab initio os tenero  
 composuerit, in peregrinum sonum lingua corrumpit,  
 & externis vitijs sermo patrius sordidatur.  
 Te habeat magistrum, te rudit miretur infans.  
 Nihil in te & in patre suo videat: quod si fecerit  
 peccet. Mementote vos parentes virginis, magnae  
 exemplis doceri posse, quam voce. Cito flores pa-  
 reunt, cito violas & lily & crocum pestilens ar-  
 corrumpit. Nusquam absq; te procedat in publico  
 Basilicas martyrum & ecclesias sine matre non ader-  
 Natura

Nullus ei iuuenis, nullus cincinnatus arrideat. Vigi- Vigiliae.  
 liarum dies & solennes pernoctationes sic virguncu-  
 la nostra celebret, ut ne transuersum quidem vn-  
 quem à matre discedat. Nolo de ancillulis suis ali-  
 quam plus diligat, cuius crebro auribus insurret.  
 Quicquid vni loquitur hoc omnes sciant. Placeat ei  
 comes, nō compta neq; formosa atq; lascista, que li-  
 quido gutture dulce carmen moduletur, sed grauiss;  
 pallens, sordidata, subtristis. Proponatur ei probe  
 fidei, ac morum & pudicitie virgo veterana, que  
 illam doceat, & assueferat exemplo ad orationes &  
 psalmos nocte consurgere, manē hymnos canere, ter- Horæ.

sita, sexta, nona hora stare in aie quasi bellatricem  
 Christi, accesaq; lucernat reddere sacrificiū vesp- + lucernula.  
 tinū. Sic dies transeat, sic nox iuueniat laborantem.

Oratione lectio, lectio succedat oratio. Breue vide-  
 batur tempus, quod tatis operū varietatibus occupatur.

Dicat & lanam facere, tenere colum, ponere in  
 gremio calathū, rotare fusum, stamna pollice duce-  
 re. Spernat bombycum telas, Serū vellera, & aurum  
 in fila lente scens. Talia vestimenta paret, quibus  
 pellatur frigus, non quibus vestit a corpora nudentur.

Cibus eius oluscum sit & simili, raroq; pisciculi.  
 Et ne gule precepta longius trahā, de quibus in alio  
 loco plenius sum locutus, sic comedat, ut semper esu-  
 nat: vt statim post cibum possit legere, orare et psal-  
 lere. Displicent mihi in teneris maxime etatibus, lō-  
 ga & immoderata ieiunia, in quibus iunguntur heb-  
 domades, oleum in cibo, ac poma retantur. Experi-

mento didici, asellum in via cum lassus fuerit, uerticula quicrere. Faciant hoc cultores Iseid et CT  
beles, qui gulosa abstinentia Phasides aues ac fuisse  
tortures vorant, ne scilicet Cerealia dona conser-  
minent. Hoc in perpetuo ieiunio sit preceptum, et  
longo itineri vires perpetue superent: ne in prou-  
mansione currentes, in medijs corruanus. Ceteri  
ut ante scripsi, in quadragesima continent, et  
pandenda sunt, & tota aurige reuinacula equis la-  
xanda properantibus. Quanquam alia sit conditi-  
secularium, alia virginum & monachorum. Se-  
claris homo in quadrasima ventris ingluem de-  
quit, & in cochlearum morem succo vicitans fan-  
futuris dapibus ac sagine, aqualiculum parat. Vir-  
i emittant. & monachus sic in quadragesima suis admittit  
equos, ut sibi meminerint semper esse eurrentes.  
Finit<sup>o</sup> labor maior, infinitus moderatio est. Ibimus  
respiramus, hic perpetuo incedimus. Si quando-  
suburbana pergis, domi filiam non relinqueret:  
sciat sine te, nec poscit viuere: & cum sola fuerit  
pertimescat. Non habeat colloquia secularium, et  
malarum virginum contubernia. Non interfici  
prijs seruulorum, neq<sup>z</sup> familie perstrepentis lubi-  
misceatur. Scio precepisse quosdam, ne virgo Cicer-  
isti cum eunuchis lauet, nec cum maritatis funeris  
Extat hui<sup>o</sup> quia alij non deponant animos virorum, alia tr-  
rei exempla apud Philostra - in adulta virgine latuacra disloquent, que seipso-  
plum mentibus uteris preferant fœditatem. Mihi omnes  
tū in vita Appoloni, debet erubescere, & nudā videre non posse. Si ergo

vigilijs & iejunijs macerat corpus suum, & in ser-<sup>1. Cor. 9.</sup>  
uitutem redigit: si flammā libidinis & incentiu-  
seruentis etatis extinguere cupid continentiae & frigo-<sup>+ rigores</sup>  
re: si appetitis sordibus <sup>†</sup>turbare festinat naturalem <sup>† turpore.</sup>  
palchritudinem, cur è contrario balnearum fomen-  
ti sopitos ignes suscitat? Pro gemmis & serico studia.  
diuinos codices amet, in quibus non auri & pellis Ba-  
bylonicae vermiculata pictura, sed ad fidem placeat  
emendata & erudita distinctio. Discat primo psal-  
terium, his se canticis auocet, & in proverbijs Solo-  
monis erudiatur ad vitam. In Ecclesiaste consues-  
cat, que mundi sunt calcare. In Iob virtutis & pa-  
cientie exempla sectetur. Ad euangelia transeat,  
nunquam ea positura de manibus. Apostolorū acta  
& epistolas tota cordis imbibat voluntate. Cumq;  
pectoris sui cellariū his opibus locupletauerit, mandet  
memorie prophetas, Pentateuchum <sup>†</sup> & Regum &  
Paralipomenon libros, Esdr & quoque & Hester vo-<sup>Hepateum  
chum.</sup>  
lumina. Ad ultimum, sine periculo discat Canticū  
cantorum, ne si in exordio legerit, sub carnibus  
verbis spiritualium nuptiarum epithalamij non in-  
telligens, vulneretur. Caveat omnia apocrypha. Et  
si quando ea non ad dogmatum veritatem, sed  
ad signorum reuerentiam legere voluerit: sciat non  
eorum esse, quorum titulis prenotantur, multaq;  
his admixta vitijs, & grandis esse prudentie, aurū  
in luto querere. Cypriani opuscula semper in manu.  
+ teneat. Athanasij epistolas & Hilarij libros inof-<sup>† manibus.</sup>  
+ sensu decurrat pede. Illorum tractatibus, illorum  
delecte-

delectetur ingenij, in quorum libris pietas fidei  
 vacillet. Ceteros sic legat, ut magis iudicet quā  
 sequitur. Respondebis: Quomodo, hec omnia no-  
 lier secularia, in tanta frequentia hominum. Renu-  
 custodire potero? Noli ergo subire onus, quod ferre  
 non potes: sed postquam ablaet aueris eam cum  
 Gen. 21.  
 1. Reg. 1. Isaac, & vestieris cum Samuele, mitte ante et ante  
 i.e. Redde pretiosissimam gemmam cubiculo Mari-  
 & cum Iesu vagientia impone. Nutriatur in mo-  
 nasterio, sit inter virginum choros, iurare non dis-  
 cat, mentiri sacrilegium putet, nesciat seculū, nesci-  
 angelicè, sit in carne sine carne, omne hamigan  
 genus sui simile putet. Et, ut cetera taceam, certe  
 te liberet seruandi difficultate, & custodie pericula.  
 Melius tibi est, desiderare absentem, quam parere  
 ad singula: quid loquatur, cum quo loquatur, cu-  
 annuat, quem libenter aspicat. Trade Eustachio  
 paruulan, cuius nunc & ipse vagitus pro te orari  
 est. Trade comitem sanctitatis, futuram baro-  
 dem. Illam videat, illam amet, illam primis re-  
 tur ab annis, cuius & sermo, & incessus, & ha-  
 bitus doctrina virtutum est. Sit in gremio auii, qui  
 repetat in nepte, quicquid premisit in filia: qui  
 longo usu didicit nutrire, seruare, docere virginis  
 in cuius coronam centenarij quotidie numeri castra  
 texitur. Felix virgo, felix Paula Toxotij, que po-  
 auie amit exq; virtutes nobilior est sanctitate, quam  
 genere. O si tibi continget videre socrum &  
 gnatum tuum, & in paruis corpusculis ingens

animos intueri: pro iis ita tibi pudicitia non ambi-  
gerem, quin precederes filiam, & primam Dei sen-  
tentiam, secundam euangelij lege mutares. Nec tu + Ne  
parcuperedes aliorum desideria liberorum, sed te  
ipsam magis offerres Deo. Sed quia tempus est am- Eccl. 5.  
plexandi, & tempus longe fieri à complexibus: &  
proxim non habet potestatem corporis sui: & unus- 1. Cor. 7.  
quis in qua vocatione vocatus est, in ea perma-  
neat in domino: & qui sub iugo est, ita debet cur-  
vere, ne in luto comitem derelinquit, totum redde  
in sole, quod in te interim distulisti. Anna filium 1. Reg. 1.  
quem deo voverat, postquam obtulit in taberna-  
culo, nunquam recepit: indecens arbitrata, ut  
futurus propheta in eius domo cresceret, que adhuc  
alios filios habere cupiebat. Deniqz postquam con- 1. Reg. 2.  
cepit & peperit, non est ausa ad templum accedere,  
& vacua apparere coram domino, nisi prius redde-  
ret quid debebat: taliqz immolato sacrificio, re-  
uersa domum, quinque liberos sibi genuit, quia pri-  
mogenitum deo pepererat. Miraris felicitatem san-  
cta mulieris? Imitare fidem. Ipse me, si Paulam  
naseris, & magistrum & nutritum spondeo. Ge-  
stabo humeris, balbutientia senex verba formabo,  
multo glorijsior mundi philosopho, qui non Regem  
Macedonum Babylonia peritum veneno, sed an-  
cillam & sponsam Christi erudiam, regnis cœlesti-  
bus offrendam.

150  
ANNOTATIONES IN EPIST.  
AD LAETAM.

**T**u es nata de impari matrimonio. ] Patrem videt  
licet Albino infideli, matre autem fidelis.  
Quis hoc crederet ut Albini Pontificis neptis. ] p. 20  
la scilicet, de reprobatione martyris nasceretur. ] Leg.  
matri, Lete videlicet. Allusio est ad Isaac qui & ipse  
ex reprobatione natus est. Gen. 17. 18. 21. Affinia sunt  
his, quae scribit Eustochio in Epitaphio Paula. Non  
debeo silentio preterire, quanto exultauerit gaudio  
(Paula scilicet) quod Paulam neptem suam ex Letta  
& Toxotio genita, immo voto, & futura virginitatis re-  
probatione conceptam, audierat in cunis, & crepitans,  
balbutiente lingua, Alleluia cantare, auieque, &  
amitae nomina (Paulæ, scilicet & Eustochij) dumicata-  
tis verbis frangere. In hoc solo patræ desiderium ha-  
buit, vt filium, nurum, neptem renunciasse seculo, &  
Christo servire cognosceret: quod & impetravit  
patre. Nam neptis Christi flammeo reseratur, Num  
eternæ se tradens pudicitia, Socrus opera, fide, & ele-  
mosynis sequitur, & Romæ conatur exprimere,  
quod Hierosolymis illa compleuit.

Candida-  
gus fidei.

Iam candidatus est fidei. ] A Tertulliano prius va-  
patum, Hieronymo teste in epistola. Voce. Ter-  
tullianus (inquit) in libro de Monogamia disserit,  
afferens sanctos dici fidelium filios, quod quasi candi-  
dati sint fidei, & nullis idolatriæ sordibus polluitur.  
epistola ad Oceanum, cuius initium. Nunquam ca-  
techumenos vocat fidei candidatos. Et Pammachium  
vocat egerium candidatum, in epistola. Sanas  
vulneri. Quemadmodum & Tertullianus lib.  
resurrectione carnis, Enoch & Heliam alterius  
candidatos. lib. 2. in Marcionem, Adam & Etiam  
appellat restitutionis candidatos, & alibi diabolos  
candidatos.

candidatos, Apud Cyprianum lib. de disciplina legitimus: pudoris & integritatis candidatos.

Ego puto etiam ipsius Iouem, si habuisset talem cognationem, potuisse in Christum credere.] Locus caret omnino. Respxisse videtur ad id, quod est in Bruto Ciceronis. Quis etiam id dicendo vberior Platone? Iouem (aiunt Philosophi) si Graece loquatur sic loqui.

Hoc & gener eius faciebat, antequam crederet.] De Graccho fortasse intelligendum, de quo mox dicetur. Finit, non nascentur Christiani.] A Tertulliano sumptum, ex cap. 17. Apologetici.

Nunquam est sera conuersio.] Apud Senecam Tragum in Agamennone.

Nam sera nunquam est ad bonos mores via. Quem penitet peccasse pene est innocens.

Ante paucos annos, propinquus vester Gracchus.] Gracchus. Meminit huius rei, Poëta Christianus Prudentius lib. I. in Symmachum, his versibus.

Iam quid plebicolis percurram carmine, Gracchos  
Iure potestatis fultos, & in arce senatus  
Preciosos, simulachra Deum iussisse reuelli?  
Cumq; suis pariter licitoribus omnipotenti,  
Suppliciter Christo, se consecrassae regendos,  
Sexcentas numerare domos de sanguine prisco  
Nobilium licet, ad Christi signacula versas  
Turpis ab idoli rasto emersisse profundo.

Nonne specum Mithræ & omnia portentuosa simula-  
chra.] Si extaret Eubulus, qui Historiam Mithræ mul- Mithra.  
tis voluminibus explicauit, vt scribit Hieronymus lib.  
2. in Iouinianum, posset hic locustam prodigiose cor-  
ruptus restitui. Libet hoc loco adscribere Hicro-  
nymi verba in 3. cap. Amos. Basilides omni-  
potentem Deum portentuoso nomine appellat ἡ-  
μῆνες. Et cundem secundum Graecas literas, &

152 ANNOT. D. HENR. GRAVII  
amui cursus numerum in solis circulo contineri, que  
ethnici sub eodem numero aliorum literarem rotan-  
tibus. Hæc ibi. Mūlens. Si hoc modo scribatur, eum  
eodem numerum continet quem & spuazat i. 365. De  
specu Mithræ & prophani mysterijs, legis nonnulla  
apud Socratem Ecclesiasticæ historiæ libro 4. capite  
2. item lib. 5. cap. 16.

Quibus Corax, Nymplius. Miles, Leo, Perses. ] In  
paucis verbis errata ingentia. Militis & Leonis, me-  
minit Tertullianus lib. 1. in Marcionem. Sicut ar-  
dæ & ardentes naturæ Sacraenta Leonis Mithræ  
philosophantur. Item sub finem. lib. de corona  
Mithris. Sed ab aliquo Mithræ milite, qui cum  
initiatur in speleo, in cætris vere tenebratum.

Et his quasi obsidibus ante promissis, impetravit ha-  
ptisma Christi. ] Ad eundem modum loquitur de  
Arnobio in appendice Chronicorum Eusebij. Et  
tandem velut quibusdam obsidibus pietatis, fidelis  
impetravit.

Iam & Aegyptius Serapis factus est Christianus  
Marnas Gaze luget inclusus. ] In Elaiæ cap. 17. Se-  
rapis in Alexandria, & Marnæ templum Gaza in  
Ecclesiæ Domini surrexerunt, In vita Hilarioni.  
Ingrediatur seruus eius Gazam, & Marnas conu-

Et currenti rata dum vrceum facere cogita, am-  
phoram finxit manus. ] Horatius in arte Am-  
phora cœpit institui, currente tota cur vicius  
exit?

Quomodo instituere Paulam nostram debet, prius  
Christo consecrata est, quam genita, quam  
antè votis, quam utero concepsisti. ] Vel ex hoc  
loco liquet, quod supra de remissione maria  
Lætæ dictum est, quæ filiam Deo consecravit ante  
quam pareret.

Fiant ei literæ, vel buxeæ, vel eburnea, & suis mem-  
bris appellantur, ludat in eis, ut & lusus ipse eruditus

fit.] Haec cum sequentibus à Quintiliano mutuatus est Hictonymus, apud quem lib. i. institut. orat. ca. 2. sic legimus. Non excludo autem id, quod est notum itandar ad discendum infantiae gratia, eburneas literatum formas in vsum offerre, vel siquid aliud, quod magis illa etas gaudeat, inueniri potest, quod tractare, iuueri, nominare, iucundum sit.

Et non solum ordinem teneat literarum, vt memoria nomen in caoticum transeat, sed & ipse inter se crebro ordo turbetur, & mediis ultima, primis media migrantur, vt eas non sonor tantum, sed & visu nouerit.] Et hoc ex Quintiliano sumptum lib. citato. Neque enim mihi illud saltum placet, quod fieri in plurimis video vt literatum nomina, & contextum, prius quam formas paruuli discant. Obstac hoc agnitioni etus, dum antecedenter memoriam sequuntur, quae causa est praeципientibus, vt etiam cum affixisse eas pueris recto illo, quo primum scribi solent conteneantur, videntur, recto agant rursus, & varia permutaione perturbent, donec literas, qui instituuntur, facie norint, non ordine. Quapropter optime, sicut hominum habitus, & nomina edocebuntur.

Cum vero cœperit trementi manu stylum in cera ducere] Simile habet in Habac. cap. 2. Et quasi paruuli, qui prima elementa accipiunt literatum, curuos apices, & trementem manum in buxo erudiunt, & ad teste scribendum meditatione consuescent. Et hoc Quintiliani est. Cum vero iam ductus sequi cœperit, non inutile erit, eas tabellæ quam optime insculpi, vt per illos velut sulcus ducatur stylus. Nam neque erabit, quemadmodum in ebris (continebitur enim marginibus vitimque) nec extra praescriptum poterit egredi, & celerius sequendo certa vestigia, formabit atticulos, neque egebit adiutorio, manu quam manu superimposita regentis.

Ordo literarum.

Stylum ducere.

154 A N. D. H E N R. G R A V I I

Premio  
euocari,

Syllabus iungat ad premium, & quibus illa etas de-  
liniri potest, munusculis inuitetur.] Quintilius. Pra-  
misi etiam, quæ capit illa etas euocetur. Huc alludit  
Horatius.

Et quondam pueris dant crustula blandi  
Doctores elementa velint ut discere prima.

Sociæ.

lib. 1. ca. 1. Habeat in discendo socias, quibus inuidet, quan-  
tus laudibus mordeatur.] Quintilian. Aliando, ipso  
nolente doceatur alius, cui inuidet, contendat in-  
terim, & saepius vincere se putet.

Laudes.

Non obiurganda est si tardior sit, sed laudibus excitas  
dum est ingenium, ut & nesciisse gaudeat, & nicta do-  
leat.] Quintil. Nec sum adeo atatum imprudens, ut  
instantum protinus teneris acerbè putem, exigendacq;  
plenam operam, lusus hic sit & rogetur & laudem,  
& nonnunquam nescisse se gaudeat. Et capite secun-  
do. Audiet multa quotidie probari, multa corrigi,  
proderit alicuius obiurgata desidia, proderit laudata  
industria, excitabitur laude æmulatio, turpe duces  
cedere pari, pulchrum superasse maiores. Accendunt  
omnia hæc animos, & licet ipsa vitium sit ambitio,  
frequenter tamen causa virtutum est.

Cauendum in primis ne oderit studia, ne amarit de-  
corum precepta in infantia, ultra rudes annos transeat.  
lib. 3. ca. 1. Quintilianus. Nam imprimis curate oportebit, ne  
studia, quæ amate nondum potest, oderit & amari  
tudinem semel preceptam etiam ultra rudes refor-  
midet.

Nomina  
certa.

Ipsa nomina, per quæ consuevit paulatim verba  
conexere, non sint fortuita sed certa & coaceruata de  
industria Prophetarum videlicet atq; Apostolorum, &  
omnis ab Adam series Patriarcharum de Mattheo Eu-  
recaq; descendat, ut dum aliud agit future memorias pre-  
paretur. ] Quintilianus libro primo, capite primo. Il-  
lud non penitus curasse, cum scribere nomina  
puer (quemadmodum moris est) coepit, ne hanc  
operam

operam in vocabulis vulgaribus, & forte occurren-  
tibus perdat, protinus enim potest interpretationem  
lingue secretioris, id est, quas Græci γλῶσσας, vo-  
cant, dum aliud agitur ediscere, & inter prima ele-  
menta consequi rem, postea proprium tempus de-  
sideraturam.

*Magister probe etatis & vite atque eruditus est eli-* Magister.  
*genitus. Nec puto erubescet doctus vir id facere in pro-*  
*ponqua, vel in nobili virginē, quod Aristoteles fecit in lib. I. ca. 11.*  
*Philippi filio, ut ipse librariorum vilitate, initia mon-*  
*strareret literarum.] Quintilianus. An Philippus Ma-*  
*cedonum Rex Alexandro filio suo prima literarum*  
*elementa tradi ab Aristotele, summo eius ætatis Phi-*  
*losopho voluisse, aut ille suscepisset hoc officium, si*  
*non studiorum initia, a perfectissimo quoque opti-*  
*me tractari, & pertinere ad summam credidisset, vide*  
*Gellium doct. Attic. lib. 9. cap. 3.*

*Ne discat in tenero, quod ei postea dedicendum est.] dedicata*  
*Quintilianus libro primo capite primo non assuef-*  
*catus ergo (ne dum infans est) sermoni, qui dedis-*  
*cendus est.*

*Gracchorum eloquentiae, multum ab infantia, sermo* Cornelia.  
*matris contulisse scribitur.] Quintilian. Nam Graccho lib. I. ca. 1.*  
*rum eloquentiae multum contulisse accepimus Cor-*  
*neliam matrem. Fuit autem Gracchus (ut ait Cicero*  
*in Bruto) diligentia Corneliæ matris à pucro doctus*  
*& Græcis literis eruditus. Legimus epistolas Corne-*  
*liae matris Gracchorum: apparet filios non tam in*  
*gremio educatos, quam in sermone matris. vide Va-*  
*ler. Max. lib. 4. cap. 4.*

*Hortensie oratio inter paternos sinus coaluit.] Quintilian. lib. I. cap. 1. Et Q. Hortensij filiæ oratio apud* Hortensia.  
*trium uitios habita, legitur in sexus honorem. Vale-*  
*tius Max. lib. 8. cap. 4. Reuixit cum muliebri stirpe.*  
*Q. Hortensius, verbisque filiæ aspirauit. Omnino*  
*ego hic legendum Hortensia.*

197 A.N. D. HENR. GRAVII  
Difficiliter eruditur, quod rudes animi percibentur.  
*Lanarum conchilia, quis in pristinum candorem reverteret?* Quintilianus. Et natura tenacissimi sumus, coni-  
quæ ruditibus animis percipimus, ut sapor quo nos  
imbuas durat, nec lanarum colores, quibus simplex  
ille candor mutatus est, elai possint.

Recens  
testa.

Recens testa diu & saporem retinet, & oderem, que  
primum imbuta est. ] Ad Paulum sciem. Sed nescio  
quomodo, etiam si aliqua plena sit, tamen eundem  
odorem in lagena seruat, quo dum ruditus esset, imbuta  
est. His affinia habet lib. 1. Apologiz in Ruffinum.  
Item in cap. 1. epistolæ Pauli ad Ephes. Pulchre reu-  
lit presa carmen Horatianum, Quo sciem est imbu-  
ta recens seruabit odorem, testa diu. Epist. 1. lib. 1.

Alexander.

Grecia narrat historia Alexandrum potissimum  
regem. ] Qui in Hieronymo de potestate, & victo-  
rijs Alexandri plura legere cupit. videat narratione  
cap. 7. & 11. Daniel.

Leonides

Leonidis pedagogi sui non potuisse carere vitiis.]  
Quintilian. lib. 1. cap. 2. Leonides Alexandri peda-  
gogus, ut à Babylonio Diogene traditur, quibulum  
cum vitiis imbuti, quæ robustum quoque & manus-  
num regē ab illa institutione puerili sunt prosecuta.

Nutrix.

Nutrix ipsa non sit temulenta, non lasciva, non cap-  
rula. ] De hac re extat pulchra exhortatio Melazar  
apud Cornelium Tacitum in dialogo de Oratoribus.

Cerussa.

Nec cerussa aut purpurisso consecrata Christo ora depis-  
tas. ] Huic affine est quod haber ad Furiam. Quia  
facit in facie Christiana purpurissus & cerussa. He-  
quens est admodum Hieronymus in hoc vito cap-  
pendo: ut in epistola ad Saluinam, ad Principiam, ad  
Demetriadem. Est autem Tertulliani de cultu sa-  
minarum. Videte an cum cerussa, & purpurillo, &  
croco, & in illo ambitu capitii resurgatis. His con-  
sona sunt quæ scribit Cyprianus. libro de disciplina  
virginum, & libro de lapsis. De cerussa autem vide  
Plin.

IN EPIST. VII. AD LATAM 156

Piñ. libro 34. capite decimo octavo de purpurisso li-  
bro 35. cap. 6.

Nec cellum auro & margaritis premas, nec caput gem-  
morum oneres. ] Alludit ad verba Cypriani libro de  
bono pudicitiae. Quid cum cervices peregrinis la-  
pidibus vrgentur & absconduntur: Ambrolius lib. 12.  
de penitentia. Fœminas autem margaritis onerare  
aures curvare cervices, quas bene Christo, non auto  
inclinarent.

Nec capillum irufes, & ei aliquid de gehenne igni-  
bus auspiceris. ] Ciprianus acerbe hoc fœminatum vi-  
tium perstringit lib. de habitu virginum. Audaci (in-  
quit) conatu & sacrilego contemptu, cives tuos in-  
fici, malo presagio futuron in capillos iam tibi flam-  
meos auspicaris. Haud dissimilia his habet Tertul-  
lianus, de cultu fœminatum.

Prætextata quondam nobilissima fœmina subente ri-  
vo Hymetio, qui patruus Eniodochij virginis fuit. ] An Hymetius  
hic sit Hymetius, cuius Ammianus Marcellinus libro  
28 de Valentiniensi temporibus scribens, meminit,  
videndum est. Eodem (inquit) tempore etiam Hy-  
metij præclaræ indolis viri negotium est agitatum,  
cuius nouimus hunc esse textum.

Velox signauit interitus. ] Haec dictio tam est fré-  
quens Hieronymo ut nulla alia. In cap. 10. Ezech. Signare.  
Aeterna maledictione signatur. cap. 27. In cordis a-  
matitudine penitentiam mortore signauerint. Ru-  
sus. Mentis amaritudinem, clamore signabant. Item  
in cap. Hieremij 30. Danielis 4. Habacuc 3. & alijs  
multis locis.

Qui iuxta Domini sententiam ignorat dexteram &  
sinistram. ] Locus ad quem alludit, est apud Iohannem  
in fine iuxta lxx.

Ne feriatur à malleo uniuersæ terre. ] Allusio est ad  
locum Hieremij cap. 50. Quomodo contritus est  
malleus

158 A N N O T . D . H E N R . G R A V I I  
malleus vniuersae terræ . Lege Homili. Origenis ; in  
Hieremiam.

Calix Ba  
bylonis. *Ne bibat de aureo calice Babylonis.]* Et hac phar-  
subinde gaudet Hieronymus . In epistola cuius in-  
tium , Lectis literis . De calice Babylonis cunctis gen-  
tibus propinare . Ad Ctesiphonte in Vrbicum . Vi cu-  
volumen Philosophi nesciunt , sub martyris nomine  
bibant de aureo calice Babylonis . Item in cap . Esaiæ  
14. & alibi . Hic quoque alludit ad illud Hieremie  
cap . 51 . Calix aureus Babylon in manu Domini , in-  
ebrians omnem terram . Lege Homiliam 2 . Origenis  
in Hieremiam .

*Ne ludat pedibus , ne trahat tunica .] Infra Eu-  
chlo . Erecta cervice , & ludentibus pedibus incedunt .  
Vtrobique alludit ad verba Esaiæ cap . 3 . vbi nostra  
æditio habet . Et plaudebant & ambulabant in pedi-  
bus suis , & composito gradu incedebant : septuaginta  
verterunt . καὶ τὸ πόπλιον τὸ ποδῶν ἀπέστρεψεν τοῖς  
χειρῶν , νοῦ τοῖς ποδῶν ἀπέστρεψεν τοῖς ποδῶν .*

Venenu  
sub melle *Venena non dantur , nisi melle circumlita .] Adem-  
modum subinde post alios authores loquitur Hiero-  
nymus . Contra Luciferianos . Inter tanta mellis præ-  
conia , nemo venenum insertum putabat . In epistles  
la , cuius initium , Et vestris . Idecirco te veneni cal-  
cem circumlinere melle voluisse , ut simulata dulci-  
do , virus pessimum tegeret . Ad Damasum . Quod  
ad Pammachium : Si iuxta . Item Hieremie II . In pra-  
fatione , libro tertio in Ezechielem . In capite decimo  
sesto eiusdem Prophetæ . Denique in cap . Osee 7 .  
Venenato ore mella promittunt . Videatur autem He-  
ronymus respexisse ad id , quod citat Quintiliani  
ex Lucretio libro tertio capite primo . Qua ( in qua-  
ratione se Lucretius dicit præcepta Philosophie ca-  
mine esse complexum . Nam hac ( vt est notum ) sum-  
litudine vtitur .*

IN EPIST. VII. AD LÆTAM 159

Ac reluti pueris absintibia tetra medentes  
Cum dare conantur, prius oras pocula circum

Aspirant mellis, dulci flanoj; liquore,

*Centrigue*

Et quæ sequuntur. Sed nos nunc veremur, ne parum  
aut liber mellis, & absinthij multum habere videatur,  
sitque salubrior studijs, quam dulcior. Vide Cypria-  
num ad Donatum, & Lactantium firmianum libro

3. capite 1.

Et Pythagoræ litera Y eum perducat ad biusum. ] Ad Pythago-  
ramachium. Si iuxta Pythagoræ literam, facilia *littera*  
magis, ac sinistra sectetur. In Ecclesiastæ cap. 4. Quia  
vero ad meliora conuersi, & post Y literam Philoso-  
phorum, sinistro tramite derelicto, ad dextrum apicē  
conscenderūt. Vide cap. 10. Commentariorum in Ec-  
clesiasten. Vbi disputat Hieronymus de duabus vijs,  
quatum altera virtutum, altera vitiorum est, quæ in  
litera Pythagorica figurātur. Lactantius Firmianus li.  
6. cap. 3. & 4. pulcheriime, atq; acutè ea de re disputat.

Ne pertiniant, & vulnerent, & auferant theristram *Thetis*.  
] Alludit ad locum Canticorum. 5. cap. Tule-  
tunt pallium meum. Lxx. habent theristum. Dicun-  
tut theristra, authore Hieronymo, in cap. Esaiæ. 3. ab  
eo, quod in Æpes, hoc est in æstate, & cauitate corpo-  
rapi elegant foeminarum.

Nudam in sanguine derelinquant. ] Alludere videtur  
partim ad locum Esaiæ. 16. Transiens per te vidi te  
conculcari in sanguine tuo; partim, ad locum. 23. Dis-  
mitten te nudam, & ignominia plenam.

Quod Indorum Brachmane. ] De ijs lib. 2. in Iouie-

nianum ex Bardesano Babylonio.  
Si tanti vitrum, quare non & maioris pretij sit mar-  
garitum? ] Ad Demetriadem. Tantis (vt dicitur) vitrum,  
quanti margaritum? Tertulliani, est lib. ad martyres.  
Modice sunt istæ passiones, ad consecrationem glo-  
rie celestis, & diuinæ mercedis. Tanti vitreum,  
quatum verum margaritum? Vide Eraf. in Chiliad.

Sit tanti

160 ANNOT. D. HENR. GRAVII

Si tanti vitrum , quanti margaritum?  
Reddat tibi pensum quotidie. ] Ad Rusticum. Op.  
ris tui pensum perfoluas . Ad Furiam. Istud pensum  
Domino tuo reddo, Cicero de oratore . Nunc ad  
liqua progrediar , neque ad meum munus pensumque  
reuoocabo.

Discat Graecorum versuum numerum. ] Alias . Edic.  
cat certum Graecorum versuum numerum. Vt infra  
ad Furiam. Fixum versuum numerum.

Sequatur statim , & Latina eruditio. ] Deformata  
sunt iste duæ sententiae ex verbis Quietiani. A ser-  
mone Graeco querum incipere malo , quia Latinus  
qui pluribus est in usu , vel nolentibus te petibet , si  
mul , quia disciplinis quoque Graeci prius institu-  
dus est , unde & nostra fluxerunt. Non tamén hor-  
deo superstitione fieri velim ; ut diu tantu loquata Gra-  
ce , aut discat , sicut plerisque moris est. Hinc enim ac-  
cidunt & oris plurima vitia in peregrinum sovra-  
corrupti , cui cum Graece figura absidua consuetudin-  
hæsetunt , in diversa quoque lequendi ratione pertina-  
cissime durant. Non longè itaque sublequi debent  
Latina , & cito pariter ire. Ita fiet , ut cum æquali eti-  
linquam viruq; tueri cœperimus , neutrā alii officiis

Nunquam absque te procedat in publicum. ] Sna-  
ptum est ex lib. Tertull. 2. ad uxorem. Si proceden-  
dum erit , nunquā magis occupatio famlia aduenit.

Vigiliarum die , & solennes pernoctationes. ] De ali-  
scribit Hieronymus multa contra Vigilantium ,  
quæ lectorem transmittimus . Tertullianus lib. 2.  
ad uxorem . Quis denique solennibus Paschæ obser-  
uantem securus sustinebit? Solebat populus Christianus  
memorias nocturnas servare vigilias , quarum memori-  
nit & Basilius in explicatione Psalmi 114. item episcop.  
Ia 63. Scribit super hac re ordine pulcherrimo Philo  
Iudæus in lib. περὶ Σιων διαγένεσος ἡκτῆν , agens  
Eusebius

Vigiliar.

Euse. Historiae Ecclesiasticae lib. 2. cap. 17. Item lib. 6.  
cap. 7. Theodoretus. lib. 5. Historie Ecclesiast. cap. 2.  
[*Vt ne transuersum quidem vnguem à matre discedat.*]

Et hec proverbialis locutio satis est visitata Hieronymo. Et primum quidem. Ad Agerochiam, deinde ad Principiam, ad Hedibiam quoque quæstione decima. In cap. Iohelis. 2. Et ne puncto quidem. vt ita dicam, vngue transuerso declinent ad alteram. Mutuo sumptum ex Cice. Academ quisti lib. 2. Ab hac regula mihi non licet, transuersum, vt aiunt, vnguen discedere. Et ad Atticum lib. 13. Curandum est, atque hoc in omni vita sua quenque à recta conscientia transuersum vnguem non oportet discedere. Item in epistolis familiaribus. Vrge igitur, nec transuersum vnguem, quod aiunt, à stylo. Est & huius proverbij vnguem, apud Plautum in Aulular. & apud Lucianum lib. 2. Afini.

*Que liquido gutture carmen dulce modulatur.]*  
Virgilianum carmen expressit prosa.  
*Tum liquidas cornu presso ter guttere voces,*

*Aut quater ingeminant.* Georgic.

Mane hymnos canere, tertia, sexta, nona horæ. ] Ad Horaria preces. Demetriadem. Quod tibi hora tertia, sexta, nona, ad vesperum, media nocte, & manè, semper est exercendum. Eadem repetit ipsam ferè verbis, ad Eustochium. Item in Epitaphio Paulæ. In cap. 6. Danielis, paulò fuisse tandem refert sententiam. Tria sunt tempora, quibus Deo flectenda sunt genua, tertiam horam, sextam, & nonam, Ecclesiastica traditio intelligit, denique tertia hora descendit Spiritus sanctus super Apostolos; sexta volens Petrus comedere, ad orationem ascendit in coenaculum; nona Petrus & Ioannes pergebant ad templum. Copiosius de his scribit Ioannes Cassianus lib. 3. de institutis cœnobiorum cap. 3.

*Stare in acie quasi bellarium Christi.]* A Cypriano sumptum lib. de patientia. Nobis, qui diabolo immunitate pugnante M

Latum  
vnguem.

Act. 2.  
Act. 10.

Act. 3.  
In acie.

162 ANNO. D. HENR. GRAVII.  
pugnante plus quantumur, qui in acie quotidie stantes  
in ueterati & exercitati hostis colluctationibus fatig-  
muri.

Lana.

Discat lanam facere, tenere colum, ponere in  
gremio calathum, rotare fusum, staminis pollice ducere.  
Ad Demetriadem. Habero lanam semper in manibus  
vel staminis pollice fila deducito. Ad Gaudenium.  
Interim & tenero tenter pollice fila ducere.  
Talia vestimenta paret, quibus pellatur frigus, non  
quibus vestita corpora nudentur. ] Superius de veltis  
mentis dictum est epistola. 2. ad Heliodorum.  
Faciant hoc cultores Isidis, & Cybeles. ] Libro 2. in  
Iouinianū. Quomodo autē virginitati nō verē paxiu-  
dicat imitatio virginum diaboli, ita nec viris ieunij  
cossorum Isidis & Cybeles & quotundam ciborum  
in aeternum abstinentia.

Ne cerealia dona contaminent. ] Cerealia arma dixit  
Virgilius Aeneidos. 1.

Vt longo itineri vires perpetes superent. ] Iuxta fidem  
vetusti codicis lego supparesetur ex sub & paro suppato.  
Vt in 1. aduersus Iouinianum. Vt meam laſitudinem  
alterius vires supparesint.

Vela pan-  
dere.

Ceterum in quadragesima continentiae vela paudens  
sunt. ] Sic ad Fabiolam. Iuxta morem nostrum, vela  
intelligentiae pandamus. In cap. 1. Zachariae. Inter-  
pretationis vela pandamus Ciceronis est in oratore.  
Quocunque feremur, danda dimittum vela sunt. Ei-  
Tuscul. quæſt. lib. 1. sub finem. Portum paratum no-  
bis & profugium puteinus, quo utinam velis pafis  
prouehi liceat. Est autem prouerbialis metaphor,  
quemadmodum & id quod subdit: Et tota aurige tiz-  
tinacula, equis laxanda properantibus.

Suo suc-  
co viuere. Et in cochlearum morem succo viuitans suo. ] Ex Plat-  
to in Captiuis duob. sumptum. Quasi cum caletur,  
cochleæ in occulto latenti. Suo sibi succo vivunt, rosi  
non cadat. Itidem parasiti rebus prolatis latent, In o-  
culto

culto miseri vicitant succo suo.

*Sic precepisse quosdam, ne virgo Christi cum Eunuchis lauet.]* De promiscuis balneis, & lauacris cum feminis, legis quædam apud Cyprianum lib. de habitu virginum, & lib. de disciplina virginum.

*Si flammam libidinis, & incentiu feruentis etatis, extinxere cupit continentiae frigore.]* Huic affine est, quod habet in epistola ad Furiam. Ardentes diaboli sagittæ, ieiuniorum, & vigiliarum frigore restinguenda sunt. Item ad Demetriadæ. Ieiuniorū frigore restinguuntur. *Si appetitis sordibus.]* Ad Eustochium. Nec affectatæ sordes, nec exquisitæ mundiciæ conuiciunt Christiano. Sic ad Oceanum. sordes appetitæ.

*Turbare festinet naturalem pulchritudinem.*] Lege Turpare. Simile in Epitaphio Paulæ. Turpanda est fastigium contra præceptum Dei purpurisso, & cerusfa, & fibro sapè depinxi. Et in Malach. cap. 2. Ut factentes facies putida stercore commixtione turpentur. *Cur è centrario balnearum fomentis sopitos ignes surgitat.]* Sermonis eadē facies in episto. ad Saluianā. Balnearū calor, nouū adolescētulae sanguinē non incēdat.

*In quibus non auri, & pellis Babylonice vermiculata pictura.*] Colores diuersos picturæ intermixere Babylonem maximè celebravit, & nomen imposuit. Vnde Babylonicae vestes, & stragulæ, dictæ sunt. Plinius lib. 8. ca. 48.

*In proverbijs Solomonis erudiatur ad vitam.*] Solemō in Proverbijs parvulum docet, & quasi de officijs personentias erudit, ut scribit Hieronymus in Ecclesiast.

*In Ecclesiaste consuecat, quæ mundi sunt, calcare.]* Huius libri scopus est, ut etatis maturæ virum instruat, nihil in rebus mundanis esse perpetuum, sed caduca omnia, vniuersa breuia, hinc toties clamat. Vanitas vanitatum, omnia vanitas.

*In Iob virtutis & patientie exemplar seletetur.*] Hinc est, quod Origenes suspicetur, librum Iob filii Israël, à Moysè esse præscriptum, cum à Pharaone, luti ac

Iob.

164 ANNO. IN EPIST. AD LAT.

lateris duro labore opprimuntur, ut exercenda virtutis & patientiae exemplar in eo discent.

Pentateuchum.] Alias Heptateuchum, ut intelligas quinque libros Moysi, Iosue quoque & Iudicum.

Ad ultimum sine periculo discat canticum cantorum.] Effigiatum est hoc ex verbis suis propriis in Ecclesiasten, Ad extremum iam consummatum virum & calcato saeculo preparatum, in canto canticorum sponsae iungit amplexibus. Nisi enim prius reliquimus vitia, & pompis saeculi renunciantes expeditos nos ad aduentum preparauerimus, non possumus cantare canticum canticorum.

Athanasi epistolas, & Hilarii libros in offenso currat pede.] Ad Demetriad. Et in offenso pede logius gaudia cucurrere. His affinia sunt quæ apud cunctem legimus Hieronymum. In offenso pergere pede. in cap. 1. Ezech. Graui & solido ingredi pede. Ibid. In offenso currere lectione, in cap. 18. Esa. Cursu ambulare in offenso, in cap. 26. Ambros. li. offic. 3. cap. 14. Pct mare rubrum, in offenso transiuit vestigio.

Onus subire.

Noli ergo subire onus, quod ferre non potes.] In epistola cuius initium. Si cuncta. Super te onus ve leuatis. Et in cap. 14. Ezechielis. In alio loco scriptum est, non debere nos pondus assumere, quod ferre non possumus. Origenes Homilia. 5. in Ezechiel. Recordate dicti illius. Pondus ultra te ne leues. Allusio est ad id quod habetur Ecclesia. 13. Βαρος ωντες σευκλεψη. Materialis in Paternum. Qui sua metitur pödera ferre potest. Illa primis miretur ab annis.] Virgilianum. est Aenid. 8.

Tu acernere facta

Affuerat, primis & te miretur ab annis.

Et in paruis corpululis, ingentes animos intueri.] Ad Saluinam, & ad Furiam. Cerneret in paruo corpululo ingentes animos. Et hoc ad carmen Virgil. Georg. effigiatum est. Ingentes animos angusto in peccatore versantur.

Gloriosior mundi Philosopho.] Aristotelem intelligit de quo supertius.

EPLS

## EPISTOLA OCTAVA.

<sup>ARGUMENTVM</sup>  
Demetrias Olybrij & Julianæ filia, virgo inter Romanas  
& nobilitate & diuinitatis facile prima, virginitatem Christo  
sacrata, quod factum maximis extoliit laudibus, adhorta-  
tans cā ut in proposito perseveret: carnis, mundi & satanæ,  
illecebris resultat. Tradit & alia quædā præcepta saluberrima,  
labore, alijsque rebus ad virginis institutum spectantibus.

Hieronymus ad Demetriadem de ser-  
uanda virginitate.



INTER omnes materias, quas  
ad adolescentia usque ad hanc  
etatem, vel mea, vel notario-  
rum scripsi manu, nihil presenti  
opere difficilior. Scripturus enim  
ad Demetriadem virginem Christi, que & nobilitate  
& diuinitatis, prima est in orbe Romano, si cuncta vir-  
tutibus eius congrua dixero, adulari putabor: si que-  
dam subraxero, ne incredibilia videantur, dam-  
num laudibus eius, mea faciet verecundia. Quid  
igitur faciam? Quod implere non possum, negare  
non audeo: tanta est auxilium eius & matris insignium  
feminarum, in iubendo autoritas, in petendo fides,  
in extorquendo perseverantia. Neque enim ut nouū  
& precipuum quiddam à me flagitant, cuius inge-  
nium in huiuscmodi materiis saepè detritum est: Sed  
ne vocis meæ, pro virili parte desit testimonium in  
eius virtutibus explicandis, cuius ut incliti oratoris

## 166 EPIST. HIERO. AD DEMET.

vtar sententia: spes magis laudanda est, quam res:  
 Quanquam puellares annos, fidei ardore superarit,  
 & inde cœperit, ubi alijs desisse, perfecte consum-  
 mat. e q̄, virtutis est. Sit procul obtrectatio. Face-  
 sat inuidia. Nullum in ambitione sit crimen. Ignor-  
 ad ignorantiam scribimus, dumtaxat iuxta faciem cot-  
 poralem. Alioquin interior homo, pulchre sibi cogni-  
 tus est, illa notitia qua & Paulus Apostolus Colos-  
 senses multos q̄, credentium nouerat, quos autem non  
 viderat. Quantum sit apud me meritum, in modo mi-  
 raculum virginis nostrae: hinc potest & estimari, quod  
 occupatus in explanatione templi Hierochielis, quod  
 opus in omnibus scripturis sanctis, vel difficultatum  
 est: & in ea parte delubri, in qua sancta sancte-  
 rum & thymiamatis altare describitur: malam pa-  
 rum per uti hoc duenticulo, ut de altari transirem  
 ad altare, & bestiam viuam, placentem deo, ac

Rom. 12. sine ulla macula eternæ pudicitie consecrarem. Scio  
 quod ad imprecationem pontificis, flammeum vir-  
 ginale, sanctum operuerit caput. Et illud Aposto-  
 lice vocis insigne, celebratum sit: Volo autem vol-

2.Cor. 1. omnes virginem castam exhibere Christo. Quan-  
 do aslitit regina à dextris eius, in vestitu de aurata  
 Gen. 37. circundata varietate. Qua ueste polymita, & mul-  
 tarum virtutum diuersitate contexta, induitus fuit

& Ioseph, & regum quondam vtebantur filie.  
 Vnde & ipsa spensa Letatur & dicit: Introduxit  
 me Rex in cubiculum suum. Sodalitumq; respondet

Cant. 1. Psal. 44. chorus: Omnis gloria filie Regis intrinsecus. Sed &

nostra

nostra oratio, dabit aliquid emolumenti. Equorum  
 cursus, fauore perniciosa sit: Pugilum fortitudo, cla-  
 moribus incitatur: paratas ad præliū acies, strictosq;  
 mucrones, sermo imperatoris accedit. Igitur &  
 in opere presenti, aua quidem materg, plantauē-  
 runt, sed & nos rigabimus, & dominus incremen-  
 tum dabit. Rhetorū disciplina est: ab auis et atavis,  
 & omni retro nobilitate, ornare quem laudant, ut  
 ramorum sterilitatem, radix fœcunda cōpenset: &  
 quod in fructu non teneas, mireris in trunko. Scili-  
 licet nunc mihi Proborum, & Olibriorum clara repe-  
 tēda sunt omnia: Et illustris Anity sanguinist genus:  
 in quo aut nullus, aut rarus est, qui nō mēruerit cōsu-  
 latū. Aut proferendus Olibrius virginis nostræ pater,  
 quem immatura morte subtractum, Roma conge-  
 mit. Vereor plura dicere, ne sanctæ matris vulnus  
 exasperem, & virtutum eius recordatio, fiat doloris  
 instauratio. Pius filius, vir amabilis, clemens do-  
 minus, ciuīs affabilis, consul quidem in pueritia, sed  
 morum bonitate senator illustrior. Felix morte sua,  
 qui non vidit patriam corruentem: Imò felicior so-  
 bole, qui Demetriadis proaue nobilitatem, insi-  
 gniorem reddidit, Demetriadis filie perpetua ca-  
 stitate. Verum quid ago? Oblitus propositi, dum ad-  
 miror iuuenem: laudam aliquid bonorum seculariū,  
 cum in eo mihi virgo magis nostra laudāda sit, quod  
 hec vniuersa contempserit, quod se non nobilem,  
 non diuitijs preponentem, sed hominem cogitat  
 rit. Incredibilis animi fortitudo, inter gemmas & sen-  
 tientias <sup>præpotenter.</sup>

Probus.  
 Olibrius.  
 t decus.

ricum: inter eunuchorum & puellarum ceteras, &  
adulationem ac ministeria familie perstrepsentis, &  
exquisitas epulas, quas ample dominus prehebat abu-  
dantia, appetisse eam ieiuniorem laborem, asperi-  
tatem vestium, victus continentiam. Legerat cuius  
domini verba dicentis: Qui mollibus vestiuntur, in  
domibus Regum sunt. Stupebat ad conuersationem  
Eliae & Ioannis Baptiste: quorum uterque se Zona  
pellicea astrinxit, & mortificauit lumbos suis: alter  
venisse narratur in spiritu & virtute Eliae, praem-  
for domini, in utero prophetans parentis, & ante  
diem iudicij, iudicis voce laudatus. Anne filie Phi-  
nuelis mirabatur ardorem, que orationibus atque  
ieiunij usque ad ultimam senectutem in templo do-  
mino seruiebat. Quatuor virginum filiarum Phi-  
lippi desiderabat chorum, & unam se illarum ele-  
cuperiebat, que pudicitia virginali, & prophetie gra-  
tiam consequitur sunt. His & huiuscemodi cogita-  
tionibus, pascebat animum, nihil ita metuens, quam  
auiam matremque offendere. Quarum cum incita-  
retur exemplo, voluntate & studijs terrebatur, non  
quo displexiceret ei sanctum propositum, sed quod pro-  
rei magnitudine, optare id & appetere non aude-  
ret. Aestuabat Christi tyruncula. Oderat or-  
natum suum: & cum Hester loquebatur ad domi-  
num: Tu nosti quod oderim insigne capitis mei, hoc  
est, diadema quo utebatur quasi Regina, & tanta  
ducam immundicie, velut pannum menstruale.  
Aitunt sancte et nobiles fæminæ, que eam viderunt,

4. Reg. 1.  
Mat. 3.

Luc. 3.

Act. 21.

Hesler. 14.

qua

que norunt, quas de littore Galliarum ad habitationem sanctorum locorum, hostium per Africam compulit seu tempestas: noctibus & secreto, consciis tantum virginibus Dei, que in matris & auie comitatu erant, nunquam eam linteum in, nunc quam plumarum usam mollitie, sed ciliciolum in nuda humo habuisse pro stratu: ingibus faciem ritasse lachrymis: saluatoris mente genubus aduolutam, ut suum reciperet propositum, ut impleret desiderium, ut auie animum matrisq; molliret. Quid ultra differo? Cum iam nuptiarum appropinquaret dies, & futuro matrimonio thalamus pararetur: secreto & absq; arbitris, noctemq; habens pro solatio: talibus se fertur armasse consilijs: Quid agis Demetrias? Tur pudicitiam tanto pauore defendis? Quo cōsilio Deme- trias uisa ne nuberet.

Libertate opus est & audacia. Que sic in pace metuis, quid faceres in martyrio perpetiendo? Que tuorum vultum ferre non potes, quomodo sustineres tribunalia persecutorum? Si te virorum exempla non prouocant, hortetur faciatq; securam, beata martyri Agnes, que & etatem vicit & tyrannum, + Agne. & titulum castitatis, martyrio consecrauit. Nescis misera, nescis cui virginitatem tuam debeas. Dum inter barbaras tremuisti manus, auie matrisq; finu, & palliis tegebaris. Vidisti te captiuam, & pudicitiam tuam, non tue potestatis. Horruisti truces hostiū vultus: raptas virgines Dei, gemitu tacito conspexisti. Vrbs tua quondam orbis caput, Romani Roma se- populi sepulchrum est, & tu in Libyco littore, exulē pulchrum.

170 EPIS. HIER. AD DEMET.  
virum, exul ipsa accipies? Quam habitura prouulsi?  
quo deducenda conutatu? Stridor Punicus languor  
procacia tibi Fescennina cantabit. Rampe mores  
omnes. Perfecta dei dilectione, foras mittit timorem.  
Ephe. 6. Assume scutum fidei, loricam iustitiae, galeam salu-  
tis, procede ad prælium. Habet & pudicitia summa  
martyrium suum. Quid metuis auam? quid foras  
das parentem? Foritan & ipse velint, quod te reile  
non credunt. His & alijs quam pluribus infirmata  
ta stimulis: omnem corporis cultum, & habitum se-  
cularem, quasi propositi sui impedimenta, projec-  
tio[n]es. Pretiosa monilia, & graues censibus vniuersales  
dentesq[ue] gemme, redundunt scrupulos: vili tunica in-  
dumentur, viliori tegitur pallio: & insperata ante ge-  
nibus repente prouoluitur, fletu tantum & plan-  
etibus que esset ostendit. Obstupuit sancta & graci-  
fæmina, alienum habitum in nepte conspiciens. Ma-  
ter gaudio stabat attonita. Vtraq[ue] verum non cre-  
dere, quod verum esse cupiebat. Hesit vox fanii-  
bus, & inter ruborem & pallorem metumq[ue] arti-  
letitiam, cogitationes varie nutabant. Succumber-  
dum est huic loco: neg[er]t narrare aggrediar, qua-  
dicendo minus faciam. Ad explicandam incredibili-  
lis gaudij magnitudinem, & Tulliani fluuius siccatur  
ingenij, & contorte Demosthenis vibratio[n]es  
sententiae, tardius languidiusq[ue] ferrentur. Quid  
quid potest cogitare animus, quicquid sermo non po-  
test explicare: illo in tempore factum est. Certatum in  
oscula neptis, & filie mater, & auia ruant. Vbet-  
sim fletu

\* no quid.

\* ferirent.

tim flere p̄r gaudio, iacentem manū attollere, am-  
 plēxariq; trepidantem: Agnoscere in illius proposito  
 mente suam, & gratulari, quod nobilem familiam, virginitas:  
 virgo virginitate sua nobiliorem ficeret: Inuenisse  
 eā, quod p̄faret generi, quod Romane vrbis cinc-  
 idationis fuit? Quasi ex radice focunda, multe si-  
 mul virgines pullularunt: exemplumq; patronae &  
 domine, sequita est clientum turba atq; famularū.  
 Per omnes domos feruebat virginitatis professio:  
 quarū cum impar esset in carne conditio, vñ erat  
 p̄nīū castitatis. Parū loquor. Cuncte per Africam  
 eccl̄ie quondā exultaūre tripudio. Non solum ad  
 urbes, oppida, vicosq; sed ad ipsa quoque maga- + malia.  
 lia, celebris fama penetrauit. Omnes inter Africam  
 Italiāq; insule, hoc rumore complete sunt, & in  
 offenso pede, longius gaudia cucurrière. Tūc lugubres  
 vestes Italia mutauit, & semiruta vrbis Rome mæ-  
 nia, pristinū ex parte recepere fulgorem: propitiunt  
 sibi existimantes deum, in alumna conuersatione  
 perfecta. Putares extinctam Gotthorum manum,  
 & colluuiem perfugarum atque seruorum domini  
 desuper intonantis fulmine concidisse. Non sic post  
 Trebiam, Trasymenum & Cannas: in quibus locis  
 Romanorum exercitum cesa sunt milia, Mar-  
 telli primum apud Nolam prelio, se populus Ro-  
 manus erexit: Minorī prius gaudio strata Gal-  
 lorū agmina, auro redempta nobilitas, & se-  
 minarium Romani generis in arce cognouit.

Pene-

Penetrauit hic rumor orientis littora, & in mediterraneis quoque urbibus, Christiane glorie triumphantia auditus est. Quae virginum Christi non huic felicitate tactauit? Quae mater non tuum Iudeum beatum clamauit uterum? Incerta apud infideles sunt premia futurorum: Plus interim receperunt virgines quam obtulisti. Quam sponsam hominis eam tantum prouincia nouerat, virginem Christi totus oras audiuit. Solent miseri parentes, & non plena fide Christiani, deformes & aliquo membro debiles filias quia dignos generos non inueniunt, virginitati invadere. Tanti, ut dicitur, vitrum: quanti marginis! Certe qui religiosiores sibi videntur, parvo sumptuoso qui vix ad alimenta sufficiat, virginibus dat omnem censem in utroque sexu, seculatus libenter largiuntur: Quod nuper in hac urbe diues quidam fecit presbyter, ut duas filiae in proposito virginis inopes relinqueret, & aliorum ad omnem copiam filiorum, luxuriae atque deliciis prouideret. Fecerunt hoc multæ, proh dolor, nostri propositi feminæ, ut utinam rarum esset exemplum, quod quanto cibarius est, tanto iste feliciores, que ne plurimum quidem exempla sequuntur sunt. Fertur & omnium Christianorum laude celebratur: quicquid saturat nuptijs preparatum, à sancta Christi Sancride virginis traditum, ne sponso fieret iniuria imo ut dotata pristinis opibus veniret ad sponsam & quod in rebus mundi periturum erat, domesticorum dei sustentarent inopiam. Quis hoc credat?

\*

Prob.

Proba illa omnium dignitatum, & cuncte nobis  
estis in orbe Romano nomen illustrius: cuius san-  
ctitas & in uniuersos effusa bonitas, etiam apud  
barbaros venerabilis fuit. quam trium liberorū, Pro-  
prii, Olibrii, & Probi, non satigorunt ordinarij con-  
sulatus, & cū intensis direptisq; omnibus in urbe ca-  
puitas sit, nunc habitast venundare dicitur posse-  
siones, & facere sibi amicos de iniquo mammona,  
quae recipiant in eterna tabernacula, ut erubef-  
cat omnis ecclesiastici ministerij gradus, & cassa no-  
mina monachorum emere prædia, tanta nobilitate  
vendente. Vix barbarorum effugerat manus, &  
auulsa de complexu suo virgines fleuerat, cum subi-  
to intolerabili, quod nunquam timuerat, amantissi-  
mi filij orbitate percutitur, & quasi futura virginis  
Christi auia, spe futurorum mortiferum vulnus ex-  
cepit: probans in se verum esse, quod in lyrico carmi-  
ne super iusti præconio dicitur.

Si fractus illabatur orbis,

Impavidum ferient ruine.

Legimus in volumine Iob: Adhuc isto loquente, venit  
alius nuncius. Et in eodem: tentatio, siue (ut melius  
habetur in Hebraico) militia, est vita hominis super  
terram. Ad hoc enim laboramus, & in seculi huius  
periclitamur militia, ut in futuro seculo coronemur  
Nec mirum hoc de hominibus credere, cum Domi-  
nus ipse tentatus sit. Et de Abraham scriptura testa-  
tur: quod Deus tentauerit eum. Quam ob causam Gen. 22.  
& Apostolus loquitur: Gaudentes in tribulatione, &  
scientes

Horat. lib. 3.  
Carm. od. 3.

Iob. 1.

7.

Gen. 22.

- Rom. 5. scientes, quod tribulatio patientiam operatur: patientia, probationem: probatio, spem: spes autem confundit. Et in alio loco? *Quis nos separabit a charitate dei?* tribulatio, an angustia? an persecutio? an famae? an nuditas? an periculum? an gloria? *Sicut scriptum est:* *Quia propter te mortificamus tota dea estimati sumus, ut oves occisionis.* Et *Esaia transformati homines cohortatur, dicens: Qui absit iste frater a lacte, qui auulsi ab hubere: tribulatione, super tribulationem expectate: spem, super spem.* Non sunt condigne passiones huius temporis ad futuram gloriam, que reuelabitur in nobis. *Cur ista replicantur, sequens sermo monstrabit.* *Quae de medio maiorum viderat patriam, & fragili cuncta, satatem suam suorumque commiserat: crudeliora intulit Heraclian.* Africæ littora: Excepitur enim ab eo quem ne sit, utrum auarior, an crudelior fuerit: cui nihil dicit præter virum, & pretium: & qui sub occasione partium clementissimi principis, seuisimus omnium existit tyrannorum, & (ut aliquid loquar de fabiis Poëtarum) quasi Orcus in tartaro, non triciperet, sed multorum capitum habuit Cerberum: qui cuncta traheret ac laceraret. Hic matrum gremijs abducere pactas: negotiatoribus & audissimum mortalium Syris, nobilium puellarum nuptias vendebat non pupillarum, non viduarum, non virginum Christi inopie parcere, magisq; manus rogantianam spectare quam vultus. Hanc feram Charybdim, Scyllam, succinctam multis canibus, fugiens barbaros matrem suam.

ne sustinuit: qui nec naufragis parcerent, nec capiuntatibus flecterentur. Imitare crudelis saltem  
 hostem Romani imperij. Brennus nostri temporis,  
 tantum quod inuenerat tulit: tu queris quod non  
 inuenis. Et mirantur emuli (virtus enim semper in-  
 iudicata patet) cur tantarum secum pudicitiam tacita  
 proscriptione mercata sit, cum & ille partem di-  
 gnatus sit accipere, qui totum potuit auferre: &  
 hec quasi comiti negare non ausa sit, que se intelli-  
 gebat sub nomine priuate dignitatis tyranno serui-  
 entem? Sentio me inimicorum patere morsibus, quod  
 adulari videar clarissime & nobilissime fæmine,  
 qui accusare non poterunt, si me scient hucusq; ta-  
 cuisse. Neque enim laudaui in ea unquam anti-  
 quatatem generis: diuinarum & potentie magni-  
 tudinem viro viuente vel mortuo, que alij forsitan  
 mercenaria oratione laudauerunt <sup>+ laudauerint.</sup>. Mihi propositū  
 est stilo ecclesiastico laudare aiuam virginis me.e, &  
 gratias agere, quod voluntatem eius, sua adiuuerit  
 voluntate. Alioqui cellula monasterij, vilis cibus,  
 vestisq; contempta, & etas vicina iam morti, bre-  
 visq; temporis viaticum, carent omni assentationis  
 infamia. Deniq; in reliquis partibus, omnis mihi  
 sermo ad virginem dirigetur, & virginem nobilem:  
 & nobilem non minus sanctitate, quam genere:  
 cuius quanto sublimior ascensus est, tanto lapsus pe-  
 niculosior.

Vnum illud tibi nata deo, præq; omnibus vnum Aca. 3.  
 Prædicā, & repetens, iterūq; iterumq; monebo,

ut ani-

176 EP IST. HIERO. AD DEMET.

Matth. 15.

ut animum tuum sacre lectionis amore occupes: ne  
in bona terra pectoris tui, sementem lolij auenana-  
rumq; suscipias: ne dormiente patrefamilias, qui est  
vss, id est, animus Deo semper adhaerens: inimicu-  
s homo Zizania superseminet, sed semper loquacis  
noctibus quesivi quem diligit anima mea: ubi passis?

Cant. 3.

ubi cubas in meridiè? Et, inhaesit post te anima mea:

Hier. 17.

me suscepit dextera tua. Illudq; Hieremie: Non la-  
boravi sequens te, neque enim est dolor in Jacob, nec

iuxta 70.

labor in Israël. Quando eras in seculo, ea que erane  
seculi diligebas. Polire faciem purpuriso, & censu-

6. Nu. 23.

ora depingere, ornare crinem, & alienis capillis tu-  
ritum verticem strure. Ut taceam de inaurium pre-

iuxta lxx.

tiss, candore margaritarum, rubri mari profunda-

testantium, smaragdorum virore, cerauniorum flæ-

moris, bicynthorum pelago, ad que ardent & insa-

nunt studia matronaru.

Nunc autem quia secundū reliquisti, & secundo post baptismum gradu, inihi-

diabole, & seculo tuo, & Pompe tuo, & opibus tuo-

Matth. 5.

pactum cum aduersario tuo, dicens ei: Renuncio tibi

serua fœdus quod peperisti, & esto consentiens,

etumq; custodiens cum aduersario tuo, dum es in via

buius seculi, ne forte tradat te iudici,

& te de fine aliquid usurpare conuincat: tradarisq; ministro: qui

ipse est & inimicus, & vindex, & mittaris in carce-

rem & in tenebras exteriores, que quanto à Christo

et separant,

verò lumine separantur, tanto nos maiori horrore

circundant, & non inde exeat, nisi soluas nouissimum

quadrantem, id est minimum quodq; delictum, quia

& pro

& pro ocioso verbo reddituri sumus rationem in die Matth. 12.  
 iudicij. Hec dicta sint, non infausto contra te vatici-  
 nio, sed pauci de cautiq; monitoris officio: ea quoque in  
 te, que tuta sunt formidantis. Si spiritus, inquit, po- Eccles. 10.  
 testatem habentis ascenderit super te, locum tuum  
 ne demiseris. Quasi in procinctu, & in acie stamus  
 semper ad pugnam. Vult nos loco mouere hostis, &  
 de gradu decadere, sed solidanda vestigia sunt, &  
 dicendum: Statuit supra petram pedes meos, & pe- Psal. 39.  
 trare fugium leporibus. Pro quo multi, herinacios, le- Psal. 103.  
 gunt, animal paruum, & fugax, & spinarum senti-  
 bus pregrauatum. Sed ideo Iesus spinis coronatus est Esa. 53.  
 & nostra delicta portauit, & pro nobis doluit, ut de  
 sentibus, & tribulationibus fœminarum, ad quas di- Gen. 3.  
 citur. In anxietatibus & doloribus paries mulier, &  
 ad virum conuersio tua, & ipse tui dominabitur: ro- Cant. 6.  
 sa virginitatis, & lilia castitatis nascerentur. Vnde  
 & sponsus pascitur inter lilia, & inter eos qui vesti- Apoca. 14.  
 menta sua non coquinauerunt: virgines enim per-  
 manserunt, audierunt q; præceptum: Candida sunt  
 semper vestimenta tua, & quasi auctor virginitatis  
 & princeps, loquitur confidenter: Ego flos campi, &  
 lilium conuallium. Petra igitur leporum est, qui in  
 persecutionibus fugiunt de ciuitate in ciuitatem:  
 Nec timent illud Propheticum: Periit fuga à me. Psal. 141.  
 Montes autem excelsi ceruis, quorum colubri cibus  
 sunt: quos educit puer parvulus de foramine, quan- Esd. 11.  
 do pardus & hædus requiescunt simul: & bos &  
 leo comedunt paleas, vt nequaquam bos discat  
 feritatē

feritatem, sed leo doceatur mansuetudinem. Reuertamur ad propositum testimonium. Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum dimiseris. Post quod sequitur: Quia curatio quiete facit peccata maxima. Qui versicolor hunc habet sensum: Si in cognitiones tuas coluber ascendit, omnicustodia serua cor tuum. Et cum David canito: Ab occultis meis munda me domine: & ab alienis parce seruo tuo, & ad peccatum maximum quod opere perpetratur, nequaquam peruenies, sed incentiua vitiorum statim in mente iugulabis: &

Psal. 136. parvulos Babylonis allides ad petram in qua serpentis vestigia non reperiuntur, cauteq; domino promittes: Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero, & emundabor à delicto maximo. Hoc est

Exod. 20. quod alibi scriptura testatur: Peccata patrum reddam in filios, in tertiam & quartam generationem, ut cogitationes nostras mentisq; decretum, non similiter puniat, sed reddit in posteris, id est, in malis operibus, & in delictorum perseverantia, quoniam per Amos loquitur: Super tribus & quatuor inpietatibus illius, & illius ciuitatis, nonne auersabor eam? Hec cursim, quasi de prato pulcherrima sanctorum scripturarum, paruos flores carpsisse sufficiat pro commonitione tui, vt & claudas cubiculum pectoris, & crebro signaculo crucis minime frontem tuam, ne exterminator AEgypti in te locum reperiat, sed primogenita, que apud AEgyptum pereunt, in tua mente saluentur, & dicas cum prophete-

Amos. 1.  
& 2.

1 non.

Exo. 12.

DE SERVANDA VIRGIN. 179

propheta: Paratum cor meum deus, paratum cor Psal. 56.  
 meum: cantabo & psallam. Exurge gloria mea, ex-  
 urge psalterium & cithara. Quam assumere iube-  
 tur & Tyrus, multis peccatorum confossa vulneribus: Isa. 23.  
 ut agat pénitentiam, & maculas pristine fœdita-  
 tis, cum Petro amaris lachrimis abluat. Verum nos Matth. 26.  
 ignoremus pénitentiam, ne facile peccemus. Illa  
 quæ si secunda post naufragium miseris tabula sit:  
 in virgine integra seruetur nautis. Aliud est que-  
 re quod perdidisti: aliud est possidere quod nun-  
 quam amiseris. Vnde & Apostolus castigabat cor- 1. Cor. 9.  
 pus suum, & in seruitutem redigebat: ne alijs pre-  
 dicans, ipse reprobus inueniretur: corporisq; ex  
 persona generis humani inflammatus ardoribus, lo-  
 quebatur: Miser ego homo, quis me liberabit de Rom. 7.  
 corpore mortis huius? Et iterum: Scio quia non  
 habitat in me, hoc est, in carne mea bonum: Velle  
 enim adiacet mihi, ut faciam autem bonum, ne-  
 quaquam inuenio. Neg; enim quod volo bonum, sed  
 quod nolo malum, hoc facio. Et denuo: Qui in car-  
 ne sunt, deo placere non possunt. Vos autem non  
 estis in carne, sed in spiritu: si tamen spiritus dei  
 habitat in vobis. Post cogitationum diligentissimam  
 cautionem, iejuniorum tibi arma sumenda sunt, & Iejunium.  
 canendum cum David: Humiliaui in ieunio animā Psal. 54.  
 meam. Et, cinerem tanquam panem inducavi.  
 Et, cum molestierant mihi, induabar cilicio. Eua per  
 cibū eiecta est de paradyso. Elias quadraginta dierū 3. Reg. 19.  
 exercitatus ieunio, igneo curru rapitur in cœlum. 4. Reg. 2.

- Exod. 34. Moyses quadraginta diebus ac noctibus, familiaritate & sermone Dei pascitur: in se verissimum probat
- Deut. 6. quod dicitur: Non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei. Saluator generis humani, qui virtutum & conuersationis sua nobis
- Matth. 4. reliquit exemplum: post baptismum statim affinitur a spiritu, ut pugnet contra diabolum, & oppressum atque contritum, tradat discipulis concilantem.
- Rom. 16. dum. Vnde & Apostolus loquitur: Deus autem contenterat satanam sub pedibus nostris velociter. Et tandem hostis antiquus post quadraginta dies rumicium, per cibum molitur insidias, & dicit. Si filii
- Levit. 25. Dei es, dic ut lapides isti panes fiant. In legge, mensa septimo post clangorem tubarum decimo die mensa totius gentis Hebreorum & ieiunium est, & exterminatio illa anima de populo suo, que saturitatem prestat continentie. In Iob scriptum est de Dracone: Vix eius in lumbis eius, & frigido illius super umbrae ventris eius. Aduersum iuuenes & puellas, et atque ardore hostis noster abutitur, & inflammatur rotam natuitatis nostre, & implet illud Osee: Omnes aduterantes, quasi clibanus corda eorum, que Dei misericordia, & ieiunorum rigore & restinguuntur. Ha sunt ignita diaboli iacula, que simul et vulnerant & inflammant, & a Rege Babylonio tribus pueris preparantur, qui succedit fornacem quadragintam cubitorum, habens & ipse septem hebdomadas ad perditionem, quas Dominus obseruari iussit ad salutem. Sed quomodo ibi quartus species habens
- Iob. 40.
- Osee. 7.
- 2 frigore.
- Ephes. 5.
- Daniel. 3.

habens quasi filij hominis, immensos mitigavit ar-  
dores, & inter camini & stuantis incendium docuit  
flammas calorem amittere, & aliud oculis commi-  
nari, aliud prebere tactui: sic & in animo virginata-  
li, rore celesti & iejuniorum rigore<sup>i</sup>, calor puellaris  
extinguitur, & in humano corpore, Angelorum  
imperatur conuersatio. Quam ob rem & vas ele-  
ctionis de virginibus se dicit domini non habere pre-  
ceptum, quia contra naturam, imo ultra naturam  
est, non exercere quod nata sis: intersicere in terra-  
dicem tuam, & sola virginitatis poma decerpere:  
nescire thorum, omnem virorum horrere conta-  
ctum, & in corpore viuere sine corpore. Neque  
verò immoderata tibi imperamus ieunia, & enor-  
mem ciborum abstinentiam, quibus statim corpo-  
ra delicata franguntur, & ante egrotare incipiunt,  
quam sancte conuersationis iacere fundamenta.  
Philosophorum quoque sententia est, μεσότυπας ε-  
πιτραπέσθολάς νονίας είναι, quod Latinus ita po-  
test sermo resonare: moderatas esse virtutes,  
excedentes modum atque mensuram, inter vitia de-  
putari. Vnde & unus de septem sapientibus undevi-  
cebat, id est, ne quid, ait, nimis. Quod tam ce-  
lebre factum est, ut comiso quoque versu expre-  
sum sit. Sic debes ieunare, ut non palpites, & re-  
spirare vix possis, & comitum tuarum, vel porterioris,  
vel traharis manibus, sed ut fracto corporis appetitu,  
nec in lectione, nec in psalmis, nec in vigilijs solito  
quid minus facias. Ieiunium non perfecta virtus, sed

Ieiunium.  
frigore.

Cor. 7.

exterarum virtutum fundamentum est, & sanctificatio atq<sub>3</sub> pudicitia: sine qua nemo videbit deum.

Gradus præbet ad summa scandentibus: nec tamen  
 Math. 24. si sola fuerit, virginem poterit coronare. Legamus  
 Euangeliū sapientium & stultarū virginum: quārū  
 alie cubiculum sponsi ingrediuntur: alie bonorum  
 operum oleum non habentes, extinctis lampadibus  
 excluduntur. Latus est super ieunijs campus: in quo  
 & nos sepe cucurrimus, & multorū proprij habētur  
 libri, ad quorum te mittimus lectionē, ut discas quid  
 boni babeat continentia, & quid ē contrario mali,  
 saturitas. Imitare sponsum tuum. Esto autem ma-  
 triq<sub>3</sub> subiecta. Nullum virorum & maxime iuuenū-  
 nisi cum illis, videoas. Nullum scias, quē ille nesciant.  
 Secularis quoq<sub>3</sub> sententia est: Eadem velle, & eadem  
 nolle, ea demū firma amicitia est. Ut appeteres vir-  
 ginitatē, ut Christi præcepta cognosceres, ut seres  
 quid tibi expediret, quid diligere deberes illarum te  
 exempla docuerunt: sancta domi instruxit conuer-  
 satio. Non igitur solū putas tuū esse, quod tuum est,  
 sed earū, quæ suā in te expressere pudicitiā, & hono-  
 rabilii nuptiarum, cubilisq<sub>3</sub> immaculati pretiosissimā

1. Pet. 5. germina uere te florem, qui perfectos afferet fructus,  
 si humiliaueris te sub potenti manu Dei, & scri-

Jacob. 1. ptum semper memineris: Superbus deus ressitt, hu-  
 milibus autem dat gratiam. Vbi autem gratia, non  
 operum retributio, sed donantis est largitas, ut im-  
 pleatur dictum Apostoli: Non est volentis, neque

Rom. 9. currentis, sed Dei miserentis. Et tamen velle &  
 nolle

nolle nostrum est: ipsumq; quod nostrum est, sine  
 Dei miseratione nostrum non est. Eunuchorū quoq;  
 tibi & puellarum ac seruulorum mores, magis eli-  
 gantur, quam vultuum elegantia: quia in omni  
 sexu & etate & truncatorum corporum violenta  
 pudicitia, animi considerandi sunt: qui amputari,  
 nisi Christi timore non possunt. Scurrilitas atque  
 lascivia, te presente non habeat locum. Nunquam  
 verbū in honestum audias: aut siaudieris, non ines-  
 teris. Perdit & mentes hominum, uno frequenter  
 leuiq; sermone, tentant claustra pudicitie. Ridere  
 & rideri, secularibus derelinque. Grauitas tuam  
 personam decet. Catonem quoque (illum dico Cen-  
 torium) & vestræ quondam urbis principem, qui  
 extrema etate Græcas literas, nec erubuit censor,  
 nec desperauit senex discere. Et Marcum Cras-  
 sum semel in vita scribit risisse Lucilius. Fuerit  
 illa affectata seueritas, & gloriam querens au-  
 ramq; popularem: nos affectus & perturbationes,  
 quam diu in tabernaculo corporis huius habitamus,  
 & fragili carne circundamur: moderari & regere  
 possumus, amputare non possumus. Vnde & Psal- Pfal. 4.  
 mista dicit: Irascimini, & nolite peccare. Quod Ephe. 4.  
 Apostolus edifferens: Sol, inquit, non occidat super  
 iracundiā vestrā, quia & irasci hominis est, & finem  
 iracundie imponere Christiani. Superfluum reor  
 te monere contra avaritiam, cum generis tuis sit, &  
 habere & calcare diuitias, & Apostolus doceat aua- Ephes. 5.  
 ritiā esse idolorum cultū: dominusq; respondeat sci-

Matth. 19. scitanti: Magister bone, quid boni faciens, vitam  
 eternam possidebo? Si vis esse perfectus, vade ven-  
 de omnia que habes, & da pauperibus, & habebis  
 thesaurum in celis, & veni sequere me. Apostor-  
 lici fastigij est perfecte q̄j virtutis, vendere omnia,  
 & pauperibus distribuere, & sic leuem atque ex-  
 peditum, cum Christo ad celestia subuolare. No-  
 bis, imo tibi, diligens credita est dispensatio, quan-  
 quam in hoc omni etati omniq; persone, libertas ar-  
 bitrij relata sit. Si vis, inquit, esse perfectus: Non co-  
 go, non impero, sed propono palmam, ostendo pre-  
 mia: tuum est eligere, si volueris in agone atque cer-  
 tamine coronari. Et consideremus quam sapienter  
 sapientia sit loquuta: Vende que habes. Cui ista  
 precipiuntur? Nempe illi, cui dictum est: Si vis  
 esse perfectus. Non partem bonorum tuorum vende,  
 sed omnia. Cumq; vendideris, quid sequitur? Et da  
 pauperibus. Non diuitibus, non propinquis, non ad  
 luxuriam, sed ad necessitatem. Siue ille Sacerdos sit,  
 siue cognatus & affinis, nihil in illo aliud consideret  
 quam paupertatem. Laudent te esurientium viscera  
 non ructantium opulenta coniuncta. In Actis Apostolo-  
 rum: quando Domini nostri adhuc calebat iuor, &  
 feruebat reces in credentibus fides, vedeabant omnes  
 possessiones suas, & pretia earum ad Apostolorum defen-  
 bant pedes, ut ostenderent pecunias esse calcandas:  
 dabaturq; singulis, pro ut cuiq; opus erat. Ananias &  
 Act. 4.  
 Ananias & Sapphira dispesatores timidi, imo corde dupliciti, & id  
 Sapphira  
 votum, eo condonati, quia post votū obtulerunt quasi sua: &  
 non eius

non eius, cui semel ea voverant: partemq; sibi alienæ substantie reseruauerunt, metuentes famem, quam vera fides non timet: presentem meruere vindictam: non crudelitate sententie, sed correptionis exemplo. Denique & Apostolus Petrus nequam imprecatur eis mortem, ut stultus Porphyrius calumniatur, sed Dei iudicium propheticum spiritu annunciat, ut pena duorum hominum, sit doctrina multorum. Ex eo tempore quo virginitati perpetue consecrata es, tua, non tua sunt: in verè tua, quia Christi esse cœperunt, que aua viuente vel matre, ipsarum arbitrio dispensanda sunt. Si au- tem obierint, et sonno sanctorum requieuerint (scio enim & hoc illas optare, ut te habeant superstitem) cum etas maturior fuerit, & voluntas grauior, firmitioreq; sententia, facies quod tibi visum fuerit, in modo quod Dominus imperat: scitura nihil te habitu- ram, nisi quod in bonis operibus erogaueris. Alij edi- fificant Ecclesias, vestiant parietes marmorum cru- stis, columnarum moles aduehant: eatumq; deaurēt capita: pretiosum ornatum non sentientia: ebore ar- gentoq; valuas, & gemmis aurata distinguant al- taria. Non reprehendo: non abnuo. Vnusquisque in sensu suo abundet: Meliusq; est hoc facere, quam repositis opibus incubare. Sed tibi aliud propositum est. Christū vestire in pauperibus, visitare in languen- tibus, pascere in esurientibus, suscipere in his qui tecto indigent, & maximè in domesticis fidei, virgi- num alete monasteria: seruorum Dei, & pauperum

Horæ.

Labor ex-  
ercendus  
virginib.Prouct. 13.  
iuxta lxx.

spiritu, habere curā : qui diebus & noctibus seruantur domino tuo : qui in terra positi, imitantur angelorum conuersationē, & nihil aliud loquuntur, nisi quod ad laudes dei pertinet: habentesq; victū, & vestitū bis gaudet diuitijs, qui plus habere nolunt, si tamē seruant propositum . Alioqui si amplius desiderant, his quoq; que necessaria sunt, probantur indigni. Hac ad virginem diutem, & virginem nobilem sum loquuntur. Nunc tantum ad virginem loquar, id est, non ea que extra te, sed in te sunt considerans. Prater psalrorum & orationis ordinē, quod tibi hora tercia, sexta, nona, ad vesperum, media nocte & mane semper est exercendum: statue quot horis sanctam scripturā ediscere debeas: quanto tempore legere, non ad laborem, sed ad delectationem & instructionē animae. Cumq; hæc finieris spatia, & frequenter te ad se genda genua, solicitude anime suscitauerit, habeo lanam semper in manibus, vel staminis, pollice fila deducito, vel ad torquenda subtegmina in alveolis fusa vertantur: aliarumq; neta, aut in globum collige, aut texenda compone. Que texta sunt, ne spicere: que errata, reprehende: que facienda, constitue. Si tantis operum varietatibus fueris occupata, nunquam dies tibi longi erunt, sed quamvis extin-  
tendantur solibus, breves videbuntur, in quibus aliquid operis prætermissum non est. Hec obseruans, & teipsum saluabis, & alias: & eris magistra san-  
ctæ conuersationis, multarumq; castitatem, lu-  
crum tuum facies, scriptura dicente: In deside-  
rijs est

rīs est omnis anima ociosi. Nec idcirco tibi ab opere  
 cessandum est, quia deo propitio nulla re indiges:  
 sed ideo cum omnibus laborandum est, ut per occa-  
 sionem operis, nihil aliud cogites, nisi quod ad do-  
 mini pertinet seruiturem. Simpliciter loquar. Quā-  
 us omnem censem tuum in pauperes distribuas,  
 nihil apud Christum erit pretiosius: nisi quod ma-  
 nibus tuis ipsa confeceris, vel in usus proprios, vel in  
 exemplum virginum ceterarum, vel quod cuius  
 matrīq; offeras, maiora ab eis in refectionem pau-  
 perū pretia receptura. Pēnē preterī, quod vel pre-  
 cipuum est: Dum eses parvula, & sanctæ ac bea-  
 te memorie Anastasius Episcopus Romanam regeret  
 ecclesiam, de orientis partibus hereticorum seu  
 tempestas, simplicitatem fidei, que Apostoli voce  
 laudata est polluere & labefactare conata est. Sed  
 vir datus paupertatis & Apostolicæ solitudinis,  
 statim noxiū perculit caput, & sibilantia hydræ  
 ora compescuit. Et quia vereor, imò rumore cognoscere,  
 in quibusdam adhuc viuere, & pullulare vene-  
 nata plantaria: illud te pio charitatis affectu pre-  
 monendam puto, ut sancti Innocentij, qui Apo-  
 stolicæ cathedræ, & supra dicti viri successor, &  
 filius est, teneas fidem: nec peregrinam, quamvis  
 tibi prudens callidaq; videaris, doctrinā recipias. So-  
 let enim buiscemodi per angulos müssitare, et quasi  
 iustitiam dei querere. Cur illa anima in illa est nata  
 prouincia? Quid cause extitit, ut alij de Christianis  
 nascantur parentibus, alij inter feras & seuisimas  
 nationes,

Fides Apo-  
stolicæ ca-  
thedræ re-  
nenda.

188 EPIS. HIER. AD DEMET.  
nationes, ubi nulla Dei notitia est? Cumq; hoc quasi  
scorponis ictu simplices quosque percusserint, & si-  
stulato vulnera, locum sibi fecerint, venena diffun-  
dunt. Putasne frustra infans parvulus, & qui vir-  
matrem risu, & vultus hilaritate cognoscat, qui ne-  
boni aliquid fecit nec mali, dæmone corripitur, mor-  
bo opprimitur regio: & ea sustinet, que videmus un-  
pios homines non sustinere, & sustinere deo seruen-

Error Ori-  
genis &  
Platonis.

Psal. 118.

Psal. 141.

Ioan. 9.

2. Tim. 2.

tes? Sim autem iudicia sunt, inquit, Domini vera,  
iustificata in semetipsis. & nihil apud Deum iusti-  
fum est: ipsa ratione compellimur, ut credamus &  
nimis fuisse in celestibus, & propter quedam anti-  
qua peccata damnatas in corporibus humanis, &  
ut ita loquamur, sepultas: nosq; in valle laubri-  
marum pœnas luere veterum peccatorum. Vnde &  
Propheta dicit. Priusquam humiliarer ego, peccau-  
t; et educ de carcere animam meam. Et, iste peccau-  
it cœcus ex utero nasceretur, an parentes eius? &  
cetera his similia. Hæc impia & scelerata doctrina  
olim in Aegypto & Orientis partibus versabatur, &  
nunc absconditè, quasi in foueis viperarum apud  
plerisque versatur: illarumq; partium polluit pari-  
tatem, & quasi hæreditario malo, serpit in paucis,  
ut perueniat ad plurimos. Quam certus sum, quod si  
audieris non recipias. Habet enim apud Dñm magi-  
stras, quarū fides norma doctrinæ est. Intelligi quid  
loquar. Dabit enim tibi Deus in omnibus intellectu.  
Nec statim aduersum se uissimā heresim, & multo  
bis nequiora que dixi, responsonem hominis fla-  
gitabis

gitabis: ne non tam prohibuisse videar, quam com-  
monusse: cum presentis operis sit instituere virginem,  
non hereticus respondere. Ceterum omnes fraudu-  
lentias eorum, & cuniculos quibus nituntur subuer-  
tere veritatem, in alio opere Deo adiuuante, sub-  
uerimus: quod si volueris, prompte libenterque  
mitterimus: Vltroneas enim, aiunt, putere merces:  
& pretia facilitate decrescunt: que semper in ra-  
nitate maiora sunt. Solet inter plerosque esse certa-  
men: utrum solitaria, an cum multis vita melior sit?  
quarum prior prefertur quidem secunde: sed si in  
viris periculosa est, ne abstracti ab hominum fre-  
quentia, sordidis & impis cogitationibus pateant:  
& pleni arrogantie & supercilie, cunctos despiciat,  
armentisq; linguas suas, vel clericis, vel alijs mona-  
chis detrahendo: de quibus rectissime dicitur: Fi- psal. 56.  
li hominum, dentes eorum arma & sagittae: &  
lingua eorum gladius acutus: quanto magis in fœ-  
minis, quarum mutabilis fluctuansq; sententia: si  
suo arbitrio relinquitur, citò ad deteriora delabi-  
tur: Noui ego in utroq; sexu, per nimiam abstinen-  
tiam, cerebri sanitatem quibusdam fuisse vexatam:  
precipueq; in his, qui in humectis & frigidis habita-  
uerunt cellulis: ita ut nescirent quid agerent, quóue  
se verterent: quid loqui, quid tacere deberent. Certè  
sirudes secularium literarum, de tractatibus homi-  
num disertorum quippam legerint, verbositatem  
solam discunt, absq; notitia scripturarum: & iuxta  
vetus elogium: quum loqui nesciant, tacere non pos-  
sunt:

Cenobi-  
tica, an mo-  
nastica vi-  
ta melior?

sunt: docentq; scripturas quas non intelligunt: & qui alijs persuaserint, eruditoru; sibi assumunt supercilium: prius imperitorum magistri, quoniam doctoris discipuli. Bonum est igitur obedire maioribus, parentes perfectis: & post regulas scripturarum, vite sua trahit ab alijs discere: nec praceptor uti peccato, si licet presumptione sua. De talibus fæminis & Apostolus loquitur: Quæ circumferunt omni vento doctriñe: semper discentes, & nunquam ad scientiam veritatis peruenientes. Matronaru;, matris ac seculi seruentium, tibi consortia declinentur, ne sollicitetur animus, & audias, quid vel maritus uxori, vel uxor loquuta sit viro. Venenata sunt huiuscmodi confabulationes. Super quarū damnatione, secundum versum assumens Apostolus, fecit ecclesia statum:

Corrumpunt mores bonos, confabulationes peccati. Cuius Lambici metrum, dum verbum seruat ex verbo, nequaquam expressit Latina translatio. Graues fæmine, & maxime vidue, ac virgines, tibi comites elegantur: quarum probata est conuersatio, sermo moderatus, sancta verecundia. Fuge lasciuia puellarum, que ornat capita, crines à fronte demittunt, cutem poliunt, vtuntur pigmentis, astrictas habent manicas, vestimenta sine ruga, soccosq; crispantes: vt sub nomine virginali, vendibilis pereant. Mores enim & studia dominarum, plerique ex ancillarum & comitum moribus iudicantur. Illa tibi sit pulchra, illa amabilis, illa habenda inter socias: que nescit esse pulchrā: quæ negligit forme bonum: & pre-

Lascinia  
puellarū.

Puella imi-  
tatu di-  
gna.

procedens ad publicum, non pectus & colla denudat:  
 nec pallio renoluta cervicem aperit: sed que celat  
 faciem, & vix uno oculo, qui vie necessarius est  
 patente, ingreditur. Dubito an loquar: sed velim  
 nolim, quia crebro fit, dicendum est: nū quo hęc in  
 te timere debeam, que ista forsitan nescias, nec vn-  
 quam audieris: sed quo per occasionem tui, ceterę  
 premonendę sint. Cincinnatulos pueros & calamii-  
 fratos, & peregrini muris olentes pelliculas: de qui-  
 bus illud Arbitri est: Non bene olet, qui bene semper  
 olet: quasi quasdam pestes & venena pudicitie vir-  
 go deuitet: ut taceam de ceteris, quarum importu-  
 na visitatio, & se infamat & alias: ut etiam si nihil  
 mali perpetretur, tamen hoc sit vel maximum ma-  
 lum, frustra patere maledictis & morsibus ethnico-  
 rum. Nec hoc de omnibus dicimus, sed de his, quos  
 ecclesia ipsa reprehendit: quos interdum abijcit: in  
 quos nonnunquam Episcoporū & presbyterorū censu-  
 ra deseuit: ut prop̄e periculosius sit lascivus puellis ad  
 loca religionis, quā ad publicū procedere. Quę viuunt  
 in monasterio, & quarū simul magnus est nume-  
 rus nunquam sole, nunquam sine matre procedant. Monacha-  
rum comi-  
tatus.  
 De agmine columbarū, crebro accipiter vnam sep-  
 rat, quam statim inuadat & laceret, cuius carnibus  
 & crurore saturetur. Morbidae oues suū relinquunt  
 gregē, & luporū faucibus deuorantur. Scio ego san-  
 ctas virginēs, quę diebus festis, propter frequentiam  
 populorum, pedem domini cohibent, nec tunc egre-  
 diuntur, quando maior est adhibenda custodia,  
 & pu-

& publicum penitus deuitandum. Ante annos circiter triginta, de virginitate seruanda edidit librum, in quo necesse fuit mihi ire contra vitia: & proper instructionem virginis, quam monebam, diabolismus patet facere. Qui sermo offendit plurimos, dum unusquisque in se intelligens quod dicebatur, non quasi monitorem libenter audiuit: sed quasi criminatorem sui operis aduersatus est. Veruntamen quid profuit armasse exercitum reclamantium, & vultus conscientie dolore monstrasse? Liber manet, homines preterierunt. Scripsi ad plerasq; virgines ac vi duas & novas & ex qua & quicquid dici poterat, in illis opusculis defloratum est: ut aut superfluo eadem a nobis repetantur: aut nunc pretermissa, plurimam de virginitate volumen edidit, et multi alij, tam Latino sermone quam Greco. Omniaq; gentium literis atque linguis, in ecclesius Agnes vita laudata est. Sed hoc ad eas pertineat, que necdū elegerunt virginitatem, & exhortatione indigent, ut sciant quale sit, quod eli-

**Exod. 12.** gere debeant. Nobis electa seruanda sunt, & quasi inter scorpiones & colubros incedendum, ut accinctis lumbis, calciatis pedibus, & apprehensis manabaculis, iter per insidas huius saeculi, & inter venena factiamus, ut possimus ad dulces Iordanis peruenire aquas, & terram reprobationis intrare, & ad domum Dei ascendere, ac dicere cum Propheta: Domine, dilexi decorem domus tue, & locum habitationis glorie tue. Et illud: Vnde petij a domino, hanc regund,

ut inhabitem in domo domini, omnibus diebus vita  
mea. Felix illa conscientia & beata virginitas: in  
cuius corde, prater amorem Christi, qui est sapien-  
tia, castitas: patientia atque iustitia, ceteraque  
virtutes nullus alius versatur amor, nec ad recor-  
dationem hominis, aliquando suspirat: nec videre  
desiderat, quem cum viderit, nolit dimittere. San-  
ctum virginum propositum, & celestis angelorumque  
familie gloriam, quarundam non bene se agentium,  
nomen infamat. Quibus aperte dicendum est, ut aut  
nubant, si se non possunt continere: aut continent,  
si nolunt nubere. Digna res risu: imo planctu, in-  
cedentibus dominis, ancilla virgo procedit ornatior,  
ut proximis consuetudine quam incomptam videris,  
dominam suspiceris: Nonnullae separata & absque  
alitrīs querunt hospitia, ut viuant licentius: vt tan-  
tur balneis: faciantque quod volunt, & deuident  
conscientias plurimarum. Hec videmus & patimur,  
& si aureus nummus affulserit, inter bona opera  
deputamus. Finem iungo principio: nec semel mo-  
niisse contentus sum: Ama scripturas sanctas, &  
amabit te sapientia: dilige eam, & seruabit te: ho-  
nora illam, & amplexabitur te. Hec monilia in  
pectore, & in auribus tuis haereant. Nihil aliud no-  
uerit lingua, nisi Christum: nihil posse sonare, nisi  
quod sanctum est. Aude tua tibi semper ac matris  
in ore dulcedo veretur. Quarum imitatio, forma  
virtutis est.

Proverb. 4.

ANNOTATIONES IN EPISTO  
LAM AD DEMETRIADEM.

**I**NTER omnes materias.] Scripsit sub idem tempore Pelagius, aut (quod alijs magis placet) Julianus, & ipse Pelagianus, ad eandem Demetriadem prolixam quidem illam & famosam epistolam, cuius initium. Si summo ingenio: sed Pelagiani erotis feci conspersam, cuius rei meminerunt Augustinus, & Alypius, in epistola ad Julianam Demetriadi virginis matrem, ad hunc modum Dominæ debitum in Christo officijs honorandæ, & merito illustri filiæ Julianæ, Alypius & Augustinus. Gratiæ admodum nobis iucundum. Citantur ibi nonnulla ex epistola prædicta: sicut & Augustinus libro primo contra Pelagium cap. trigesimo sexto. Remoti igitur à temeritate & ambitione liberi. Scripsit eidem Julianæ de bono virginitatis librum, in cuius calce fatetur se scripsisse, & Probae matri ipsius de oratione epistolam, cuius prænotatur titulus. Ad Probam de orando Deum. Additur ibidem. Virgo autem sancta proles vestra habet ex libris nostris librum de sancta virginitate. Item ex epistola 179. quæ est ad Probam & Julianam. De Demetriade. Generosius (inquit) elegit generosa Anitina posteritas, & quæ sequuntur. Mox virgines, quæ fibi optant Anteriorū claritatem, eligant sanctitatem. Extra præterea ad hanc Demetriadem epist. D. Ambrosio falso inscripta, sed Prosperi eam esse quidam non contemnenda: auctoritatis viri asserunt, meminit enim in ea Pelagianæ hæreseos, tanquam penè existentia. Si laudes (inquit) tuas scribere aggrediar, & maiorem seriem. Lege reliqua ibidem.

*Sed ne vocis mee pro virili parte desit testimonium.]*  
In præfatione libr. Iosuæ. & in Ionæ capite primo, dicit

dicit pro virili portione. Idem dicendi modus, pro portione, apud Ciceronem de oratore, & apud M. Verzonem, & Catonem de re rustica.

*Cuius, ut inlyti oratoris utr sententia, spes magis laudanda est, quam res.]* Ad Gaudentium eandem sententiam, scribit iisdem verbis. Ut secundum praeclaris oratoris elogium, spes in ea magis laudanda sit, quam res, Sumptum est à Quintilianu lib. 9. cap. 3. Non enim tam spes laudanda, quam res est.

*Occupatus in explanatione templi Ezechielis.]* De difficulti huius visionis interpretatione. Vide praefationem lib. 12. in Ezechielem, & epistolam ad Martinum, & Anapsychiam.

Scio quod ad imprecactionem Pontificis, flammrum viruale sanctum operuit caput.] Ad Sabinianum. Post apostoli Petri Basilicam, in qua Christi flammrum conseruata est. Pulchre allusum ad carmen Lucani de Martia iterum nubente Catoni lib. 2.

*Latae demissos velutruunt flammra vultus.*  
*Proborum, & Olybriorum.]* Fuit Olybrius virginis Probus. huius pater, quem immatura morte subtractum, Ro- Probinus. ma congreguit, ut hic scribit Hieronymus, cuius fra. Olybrius. nes Probus & Probinus, patrui Demetriadi, non au- tem auunculi, ut volunt quidam. Omnes filii Pro- bii. De quibus Claudianus in eorum Panegy. lib. 5. Scis genus Auchenium, nec te latuere parentes,

Ibidem.

*Quem prius aggrediar? veteris quis facta Probinus*  
*Nesciat: aut nimias laudes ignoret Olybrii?*

*Venit adhuc compleaque vagis sermonibus aures*  
*Gloria fusa Probi, quam nec ventura silebunt*  
*Lustra, nec ignota rapiet sub nube vetustas.*

*De matre autem proba.* ibidem.

*Sic Proba precipuo natos exornat amictu.*  
*Et post pauca.*

*Coniuge digna Probo, nam tantum catibus extat*

*Feminineis, quantum supereminet illa maritos.*  
*Est eiusdem Poëtae epistola ad Olybrium, & alia ad*  
*Probinum. Videlicet. Epi. grantum eius. Ammianus*  
*quoque Marcellinus libr. 28. meminit Probi, & Oly-*  
*brii. lib. vero 30. dicit Probum praefectum prætorio.*  
*eui scribit Ausonius in hunc modum.*

*Stirpis nouator Annitio  
 Paribusq; comite infulis  
 Annitorum stemmata.  
 Probum loquor, scis optime,  
 quem nemo fando dixerit,  
 Qui non prius laudaverit,  
 Ut hic cuiusq; patris decus,  
 Misso resplendens sanguine  
 Probiano atque Annitio.*

Ms.

Fuit Probus hic narrante Ruffino, cap. 12. lib. 11. His-  
 toriae Ecclesiasticae, moderator Imperij Valentini-  
 ni iunioris. Probo (inquit) tunc praefectum prætorio  
 agente. Meminit & huius Socrates lib. 5. Historia Eccl-  
 esistica cap. 11.

*Qui non meruerit consulatum.] Iuxta Prosperum in*  
*Chronicis, & Cassiodor. fuerunt Olybrius, & Pro-*  
*binus Coss. anno tertio Theodosij, cum Arcadio &*  
*Honorio filijs. Et anno 11. Arcadij cum fratre He-*  
*norio fuerunt Coss. Arcadius VI. & Probus. Heno-*  
*nymus in præfat. lib. 3. in Amos. Præsentii (inquit) pro-*  
*bi Fastis nomen imposuit.*

Anitij san-  
 guinis de-  
 cus.

*Et illustris Annitij sanguinis decus.] Eadem Phratia*  
*in epistola Iuliani ad hauc virginem. Omnis illa præ-*  
*claris generis dignitas, illustre Annitij sanguinis de-*  
*cus ad animam transferatur. Prudentius sub finem*  
*lib. 1. in Symmachum, Annitij sanguinis claritatem*  
*his verbis describit.*

*Iamq; ruit, paucis Tarpeia in rupe relictis,*  
*Ad sincera virum penetralia Nazarorum,*  
 Aigui

Atque ad Apostolicos Euandria Curia fontes.  
 Annidum soboles, & pignora clara Proborum:  
 Fertur enim ante alios generosus Anitius, urbis  
 Illustrasse caput, sic se Roma inclita iactat.  
 Quin & Olybriaci generisque & nominis haeres  
 Adiectus Fastis, palmata insignis abolla,  
 Martyris ante fores Brutii submittere fasceis  
 Ambit & Ausoniam Christo inclinare securim, & Ambie.  
 Non Paulinorum, non Bassorum dubitauit  
 Prompta fides dare se Christo, stirpemq; superlum  
 Gentis patrie venturo attollere seculo.  
 Ante diem iudicij, iudices voce laudatus. ] A. Cy-  
 piano mutuatum lib. de elcemosyna. Multum beata  
 mulier & gloria, quæ etiam ante diem iudicij me-  
 uit iudicis voce laudari.  
 Quarum cum incitaretur exemplo ] Hoc frequens  
 est Hieronymo. Incitari promissis. Incitari zeli sti-  
 mulis, & apud Lactantium: Libidinum stimulis in-  
 citari.

Beata Martyr Agne. ] Sic legendum, non Agnes.  
 Infra. Omniumque gentium literis atque linguis, pre-  
 cipe in Ecclesijs, Agnes vita laudata est, hic Agnes Agne.  
 genitivo casu scribitur.

Stridor Punicæ lingue, proclamata tibi fescennina can-  
 tabit. ] Fescennini versus dicebantur, qui in nuptijs Fescennini  
 caneabantur, dicti authore festo, quod urbe Fescenni-  
 na Campania dicuntur allati, sive quod alcinum  
 dicuntur arcere.

Rumpe mores omnes. ] Virgiliianum est Georg. 3.  
 En age segnes Rumpe moras. Martial. lib. 2.  
 Eia age, rumpe moras, quo te spectabimus usque.

His & aliis inflammata stimulis. ] Hoc dicendi ma-  
 do vix alius vulgatior Hieronymo, Ciceroni & alijs.  
 Graues censibus riones. ] Cœnata est Cleopatra, ut  
 scribit Plinius lib. 9. cap. 35. chs. hoc est centies cen-  
 tena sestertijs, quæ faciunt ccl. milia aureorum co-

ronatorum, hausto vnione præciosissimo.  
*Contortæ Demosthenis vibratæq; sententie.*] Imitatus  
 Ciceronem in Oratore. Demosthenes, cuius non tam  
 vibrarent fulmina illa, nisi numeris contorta ferren-  
 tur. Haec est germana lectio.

*Non sic post Trebiani.*] De hac clade lege Liuium  
 lib. 1. decadis 3. Lucium Florum lib. 2. cap. 7. Siliu-  
 lib. 4. Punicorum.

*Thrasimenum.*] Vide Liuium libro 22. Ab V. C. Si-  
 lium libro quinto.

*Cannas.*] Cannensi prælium, quo Romanus exerci-  
 tus penè deletus est ab Hannibale, describit Liuius  
 lib. 12. Polybius lib. 5. Silius lib. 9.

**Marcellus** *Marcelli primum apud Nolam prælio se populus Ro-  
 manus erexit.*] Huic affine est, quod habet in epistola.  
 Non debet ad Chromatium. Sic gauifus sum, ut illum  
 diem Romanæ felicitatis, quo primū Marcelli apud  
 Nolam, prælio, post Cannensem pugnam Hannibi-  
 lis agmina conciderunt, ego vicerim. Hunc locum i-  
 mitatus est ex Cicerone in Bruto. Ut post Cannen-  
 sem illam calamitatem, primum Marcelli ad Nolam  
 prælio, populus se Romanus erexit, posteaquam prof-  
 peræ res deinceps multæ consecutæ sunt, sicut pali-  
 rum nostrarum, & conuiuum grauissimos calus, ni-  
 hil antè epistolam Brutii mihi accidit, quod vellem, ut  
 quod aliqua ex parte solitudines allevaret meas. Vi-  
 de Florum libro iam citato. Liuium sub finem lib. 3.  
 decadis 3. & deinceps. Silium lib. 12.

*Strata Gallorum agmina.*] Florum lege li. 1. cap. 12.  
 Liuium lib. 5. Plutarchum in Camillo.

**Semina-  
 riūm.** *Seminarium humani generis.*] Hoc tristissimum apud  
 Hieronymū, Stirpis Assyriorū & Chaldeorū seminariū  
 lib. 1. in Iquin. Seminarium hominū. Prophetarū lib.  
 2. libidinis seminariū, fornicationis, superbia, volupta-  
 tis. Itē seminarium Euangelijs, sermonis Dei, fidei, do-  
 minicę messis. Apud Ciceronē officiorum 1. Semina-

tium recip. & in L. Pisonem. Seminarium triumphotū.  
 In arce cognovit. ] In cap. 22. Esa. Romana vrbis irruens  
 tibus Gallis, patritios & florē iuuētutis in arce seruavit  
 A sancta Christi Synoride virginī traditū. ] Hæc est *Synoria*.  
 sincera lectio . Est autem synoris non proprium ali-  
 cuius vocabulum , vt prima fronte imperitis apparet,  
 sed appellatiū apud Græcos nomen, par significas,  
 quemadmodum Gregor. Nazianzenus εἰς βασιλεῖον,  
 & Basilium ζυρωγίδα appellat, hoc est, pat amicorū  
 indissolubili vinculo coniunctum ζυρωγίς (inquit) σύκ  
 ούνουμες καὶ ὅταν οὐδὲν τοιοῦτον αὐτοῖς  
 επιτιθέσθαι καὶ οὐ δέσποινται. Synesius dicit τὴν συρωγίδα  
 ἀδελφῶν. Per Synoridem ergo hic Hieronymus in-  
 telligit , pat matrum , hoc est , concordiam Iulianæ  
 mattis, & Probae & auiae. Sic usurpant hanc dictiōnem  
 Eusebius, Chrysostomus , Synesius, & omnis erudi-  
 torum chotus, ζυρωγίς & Atticè ζυρωπίς. biga , currus  
 duorum equorum. Vide Comment. Bud.  
 Si fractus illabatur orbis. ] Carmen est horatij lib.  
 tertio Ode. 3.

Iustum & tenacem propositi virum,  
 Non ciuium ardor praua iubentium,  
 Non vultus instantis tyranni  
 Mente quatit solida: neque Auster  
 Dux inquieti turbinis Adrie.  
 Nec fulminantis magna Iouis mansa.  
 Si fractus illabatur orbis,  
 Impavidum ferient ruine.

Qui ablacti estis à latte. ] Locus est Esaia 28. iuxta  
 Lxx. Nostra æditio variat; Ablactatos à lacte, auillos  
 ab yteribus, quia manda, remanda, manda, remanda,  
 expecta, reexpecta: expecta, reexpecta: modicum ibi,  
 modicum ibi.

Tribulationem super tribulationem expectate. ] Septua-  
 ginta θλίψις ιππι θλίψις περιστέχου. expecta.  
 Et fragilis imbe salutē suam, suorumq; commiserat. ] Ad

166 ANNO. D. HENR. GRAVII

Cymba.

Gaudentium similis est phrasis. Quid fragilem & subtilem ratem, magnis committis fluctibus? Allus ad id quod habet Sapiens cap. 14. Sapient. Ελαχίστη χρήσις των συνέποντος λύγεων. Gregor. Nazianz. lib. 2. in Eunomium πῶς δὲ τὸν καρδιῶν ταυτίδειον ἔνθλα φύκει πιστόγολε θύτης ὁ θαυμάζεις θεός. Horat. lib. 1. Od. 3. Afferit hominem fuisse plane sine sensu periculi, qui primus fuerit ausus committere scelus aquis, nauigio, sic inquiens,

*Illis robur & os triplex*

*Circa pectus erat, qui fragilem traxi*

*Commisit pelago ratem*

*Primus: nec timuit precipitem Aphricum,*

*Decertantem Aquilonibus:*

Huic subscrabit sententiae Iuvenalis Satyr. 1.

*I nunc & ventis animam committe, dolato*

*Confisus ligno, digitis à morte remotus*

*Quattuor, aut & septem, si sit latissima tada.*

Et Propertius lib. 3.

*Ita rates curvae, et letis quoque texite causas:*

*Ista per humanas mors venit alta manu.*

His similia habet Seneca in Medea.

*Audax nimium qui freta primus, &c.*

*Clementissimi Principis, seu simus exitit omnium tyrannorum.] Sentit comitem Heraclianum, cuius in Chronicis scribit Prosper) cum esset collega Luci v.c. cos. Nouarum in Aphrica rerum tens, & honorum amisit & vitam. In Prospero autem male scribitur Herodianus pro Heraclianus. Principem inteligit Honorium, qui tunc summam rerum tenebat, cum Theodosio fratri filio. Huc pertinet quod scribit Hieronymus, enarrans 28 Ezech. Traditae sunt (inquit) Principibus ad regendum prouinciae, quali iudicibus ab Imperatore, qui oblii honorem suum ex alterius iussione pendere, qualis nuper Heraclianus in Aphrica fuit, erecti sunt mente tyrannica coa-*

Heraclia-  
nus.

uaregem & Dominum suum. Meminit huius & in  
calce lib. 3. contra Pelagianos.

*Quasi oreus in tartaro.]* Orcum meo quidem iu-  
dicio, sentit ipsum Heraclianum, Cerberum autem  
eius generum Sabinum, idque satis ex verbis Orosij  
patet cap. 42. lib. 7. quæ non pigebit adscribere. He-  
raclianus (inquit) interea Aphricæ comes missus, cum  
idem Attalus vmbram gestaret Imperij, Aphricam  
firme aduersus iudices ab eo missos tutatus, con-  
fusatum affecitus est. Quo elatus supercilios, Sabi-  
num domesticum suum, virum ingenio callidum,  
industriaque solerter, & sapientem nominandum, si  
animi vires tranquillis studijs accommodauisset, ge-  
nerum allegat cum quo quorundam periculorum su-  
spicione dum patitur, fecit, atque aliquandiu Aphri-  
cana annona extra ordinem detenta, ipse tandem cū  
immensa certe temporibus nostris, & satis incredibili  
classe nauium Romam contendit. Nam habuisse tunc  
Xerxem quidem præclarum illum Persarum Regem,  
nec Alexandrum magnum, vel quenquam alium re-  
gem suisse, historiæ ferunt. Is simul ut cum agmine  
milium ad urbem pergens littore egressus est, occur-  
su comitis Marini territus, & in fugam versus, arrepta  
nisi solus Carthaginem rediit, atque ibi continuo  
manu militari imperfectus est. Sabinus gener eius Cō-  
stantinopolim fugit, unde post aliquantum temporis  
trectus, exilioque damnatus est. Hæc ille. Similia  
habes in Chronico Marcellini comitis.

*Negotiatoribus, & audiissimis mortalium Syris.]* Ce Syri.  
lebrantur Syri omni negotiationis genere celebres,  
etiam Propheta attestante Ezechiele 27. Syrus nego-  
tiator tuus. Et Eumenius in oratione, Syrus (ait)  
mercator. Saluianus item lib. 4. de vero iudicio  
Confideremus solas negotiatorum & Syrorum om-  
nium turbas, qui maiorem ferme ciuium vniuersam

partem occupauerunt, si aliud est vita istorum omnium, quam meditatio doli, & tritura mendacij.

*Hanc feram & Charybdim, Scyllamq;. Imitatus est Ciceronem, act. 6. in Verr. Non enim Charybdi tam infestam, neque Scyllam nautis, quam ictum in eodem freto fuisse arbitror. Hoc etiam ille infensio, quod multo se pluribus, & maioribus canibus lucinxerat.*

**Brennus.** *Brennus nostri temporis.] De codem infra ad Agostochiam. Galli enim Senones Olympiade 97. telle Eusebio in Chronicis, duce Brenno, Romanus invaserunt excepto Capitolio. Lege Livi. lib. 5. Luci Horum. lib. i. cap. 13. Plutarchum in Camillo.*

**virtutem sequitur.** *Virtus enim semper inuidie patet.] Infra in Epitaphio Paulæ. Semper quidem virtutes sequitur inuidia. Alludit ad verba Ciceronis pro L. Cornelio Balbo. Est enim huius saeculi labes quædam, & macilia virtuti inuidere velle, ipsum quoque florem dignitatis infringere. Item Philip. 14. Vti excellentium ciuium virtutem, imitatione dignam, non inuidia patienter. Simile est huic sententiae, quod haber Salustius in Catil. Meminisse post gloriam inuidiam sequi. Et Aemilius Prob. in Chabria. Est enim hoc commune vitium cum magnis liberisque ciuitatibus, ut inuidia gloriae comes sit, & libenter de his detrahatur, quos emergere viderint altius, neque animo aquo pauperes alienam opulentum intuentur fortunam.*

*Comiti negare non sit ausa.] Heracliano scilicet.*

*Vnum illud tibi nata Deo.] Virgil. ; . Aeneid. Non laboravi sequens te.] Locus est Hieremie 17. iuxta lxx. Nostra editio habet. Et ego non sum turbatus, te pastorem sequens.*

*Neque enim est dolor in Jacob, nec labor.] Legitur Numer. 23. iuxta lxx. Nos. Non est idolum in Jacob Crinium nec videtur simulachrum in Israël.*

**omnes.** *Alienis capillis turritum verticem struere.] Eadem phrasis*

plasis in epistola ad Marcellam, cuius initium, Abraham. Quæ capillis alienis verticem struunt. Ibidem. Tunc crines ancillulæ disponebant, & mitellis crinitibus, vertex artabatur innoxius. Videtur secundus Tertullianum lib. de cultu fœminarum. Affigitur (siquidem) nescio quas enormitates subtilium atque terribilium capillamentorum, nunc in galeri modum, quasi vaginalm capitum & operculum verticis, nunc in sericeum retro suggestum. Ibidem frustra peritissimos quoque structores capillaturæ adhibetis.

*Vt taceam de inaurium pretijs.*] Plinius in Proœmio lib. 12. Quo magis ac magis admirari subit vniuersitatem in tubi maris profundo, smaragdum in imatellure queri. Ad hoc excogitata sunt aurium vulnera, nimis quoniam patum est collo crinibusque gestari, nisi infoderentur etiam corpori.

*Smaragdorum virore.*] Lucret. lib. 2.

*Inter cœrulum virideis miscere smaragdos.*

Tibullus lib. 2. eleg. 4.

*O pereat quicunque legit viridesq; smaragdos,*

*Et niueam Tyrio murice tingit ouem.* Laet. in Phœ.

*Albicat insignis mixto viridante smaragdo,*

*Et puro cornu gemmea cuspis hiat.*

*Cerauniorum flammis, Hyacinthorum pelago.*] Ter-

ullianus de habitu fœminarum. Margarita canden-

tent, & ceraunia coruscarent. Lege Plin. lib. 37. ca. 9.

*Que tuta sunt formidantis.*] Virg. est 4. Acnidos.

*Omnia tuta timens.*

*Vult nos loco mouere hostis.*] Ad Pammachium. No-

ueras te, si hoc fecisses statim loco mouendum. Ad

Iulianum. Reclius arbitrans, pacem loco motu-

petere, quam ægro gradu certamina concitare. Teren-

est in prologo Phor. Cum per tumultum uoster grec-

*loco motus est.*

*De gradu decedere.*] Sumptum est ex Tertulliano

*libro de pudicitia.* Decedam nunc paulisper de decedere.

*Smaragd.*

*De loco  
mouere.*

*gra-*

170 A N . D . H E N R . G R A V I X  
gradu isto , quo magis eum etiam dicendo comen-  
dem. Hieronymus in cap. 26. Esaiæ. Nec in prosperis,  
nec in aduersis vñquam de tuo moueberis gradu.

Petra refugium leporibus .] Locus est Psal. 103. iuxta  
Lxx. πίτρα καταφυγὴ τοῖς λαύρωσιν. In Hebreo pon-  
tur dictio בְּנֵי שָׁבֵן pro qua (vt inquit Hieronymus  
ad Sunniā, & Fretelā) omnes trāstulerunt צַדְעָנִים, habens  
voce simili . Est autē animal nō matut heritio, &  
similitudinem muris, & vrsi. Vnde & in Palestina אֲלֹמָן dicitur , & magna est in ipsis regionibus huius  
generis abundantia, semperque in cavernis petrarum,  
& terræ foueis habitare consueuerunt. Vulgata nostra  
æditio habet: petra refugium herinatij.

Infans.

Luc. 10.

Quos educit parvulus de foramine .] Alludit ad locum  
qui est apud Esaiam cap. 11. Et delectabitur infans ab-  
vbere, super foramina aspidis, &c in caverna regoli, qui  
ablaetatus fuerit, manum suam mittet. Vbi Hierony-  
mus. Infans ( inquit ) qui malitia parvulus est, mittit  
manum in foramen aspidis , & de obsecsis hominum  
corporibus fugat dæmones. Qui autem ablaetatus  
est, & nequaquam lacte nutritur infantæ, sed iam so-  
lido vescitur cibo , iste in regoli cavernam mittit ma-  
num , hoc est, in ipsius satanæ habitaculum , & inde  
cum extrahit. Vnde & Apostolis potestas data est, vt  
culcarent super serpentes & scorpiones , & super om-  
nem fortitudinem inimici. Lege Origenem in homili.  
secund . in Genesim , Ambrosium . Libro primo de  
poenitentia.

Nonne auersabor eam? ] Lege , non auersabor eam.  
εἰπεν ἀπόστολος. Amos 1. & 2.

Hec cursus de prato pulcherrimo scripturarum .] In  
epistola ad Rusticum, cuius initium. Quod ignotus.  
Hęc omnia quasi per pulcherrima scripturarum piz-  
ta discurrent in unum locum volvi congregare . Me-  
taphora Hieronymo multum vñscita.

Quam assumere iubetur & Tyrus .] Esaiæ 23. in  
onere

onere Tyri. Sume tibi cytharam.

*Ill<sup>a</sup>, quasi secunda post naufragium miseris tabula  
fit.] Nec solus Hieronymus locuples testis est, pcc- Secunda  
nitentiam post naufragium secundam esse tabulam,  
qua miser peccator ad portum diuinq<sup>ue</sup> clementiae eua- tabula.  
dit: Sed scriptores Ecclesiastici ad vnum ferè omnes Pœnitentia.  
eiusdem sententiae sunt. Hieronymus quidem, epi-  
stola ad Pammachium, cuius initium schedulæ. Epis-  
tola, Quod ignotus. Item ad Sabinianum. Rursus  
in 3. Esaiæ cap. Et in cap. 16. Ezechielis. Tertul-  
lianus libro de pœnitentia. Origenes homilia. 10.  
in Ezechielem, Ambrosius epistola ad Susannam la-  
psam. Sed tu, quæ iam ingressa es agonem pœni-  
tentia, iussisti (inquit) misera, fortiter hære, tanquam  
naufragus tabulæ, sperans te per ipsam posse de pro-  
fundo criminum liberari. Et fortassis patres mu-  
tuati sunt hanc Metaphoram à Cicerone lib. 4. ad At-  
ticum. Puto. Hæc enī me vna ex hoc naufragio  
tabula delectat.*

*Sancte conuersationis iacere fundamenta.] Ad Fabio-  
lam. Mansione 14. Aliud iacit fundamentum. Phra-  
sis D. Paulo haud inusitata 1. Corint. cap. 3. ad  
Hebræos 6. μὴ πάλιν οὐκέτιον παταχαλόμενος με-  
ταίεις ἀπὸ τοπών ἐγραψεν. Origenes homilia 38. in  
Lucam. Vthuius beatitudinis iaceret fundamenta.*

*Philosophorum quoque sententia est, μερότητας ἀπε-  
τασ, ὑπερβολαὶ καινίας εἰναι. ] In Epitaphio Paulæ. virtus in  
Et iuxta sententiam Philosophorum. μερότητες ἀπετ - medio.  
τηταὶ, ὑπερβολαὶ καινίαi reputantur. Item in cap. Esaiæ.  
51. Neque enim omnia vitia, & perturbationes inui-  
tum sequuntur, quod de virtutibus dicitur, in qui-  
bus nec ὑπερβολής sunt nec ἐλλείψει, id est, nec plus,  
nec minus, sed omnia temperata. Porro in vitijs  
vniuersa contraria sunt. Ut pauor audacia, im-  
pietati superstitione, luxuria parcitati. Lege etiam  
explicationem capite 30. & 57. Eandem ferè senten-  
tiam*

206 ANNOT. D. HENR. GRAVIS  
tiam habet in enarratione cap. 12. Zacharia. Nescio-  
ront (inquit) ιπτερολας esse κακιας, Vnde Dei po-  
pulus pollicetur. Nec ad dextram, nec ad sinistram  
declinabimus, via regia gradiemur, vita dextera parti-  
tas est, quam Græci φυδωλιας vocant, sinistra luxu-  
ries, media recta, quæ frugalitas.

[Et comicò quoque versu expressum sit.] A Terentio  
in Andria.

Aetus. r.  
Scena. I.  
Campus.

*Latus est super ieiunij campus.* J. Gaudet subinde  
hac forma loquendi Hieronymus. Ad Celantian,  
Ad Oceanum: Plures anni. Ad Augustinum: Cum à  
sancto. In Heluidium, & alias sèpè mutuatus est  
eam à Cicerone non minus est frequens, libro quar-  
to Academ. quasi. Cum sit nim campus, in quo  
possit exultare oratio, cur enim in tantas angustias,  
& in Stoicorum dumeta compellimus? Et lib. de ota-  
tore. In hoc igitur tanto, tamque immenso campi-  
cum liceat oratori vagari libere. Item Philippen.<sup>14.</sup>  
Magnus est in Republica campus, ut sapienter dice-  
re solebat Crassus multis apertus cursus ad laudem.

Eadē ve l.  
le. Secularis quoque sententia est. Eadem rella. ] Epis-  
tola aduersus Ruffini calumnias. Si vnum credi-  
mus, si idem & volumus & nolumus, ex quo fit  
mas nasci amicitias etiam Catilina testator. Est in  
oratione Catilinæ, apud Salustum in Catilinatio.  
Cicero pro Plancio. Vetus est enim lex illa iustæ  
veræque amicitiae, quæ mihi cum illo iam diu est, ut  
idem amici semper velint, neque est ullum certius  
amicitiæ vinculum, quam consensus, & societas  
consiliorum, & voluntatum. Item de amicitia. Id,  
in quo est omnis vis amicitiae, voluntatum, studio-  
rum sententiarum summa consensio.

Cato. Catonem illum dico Censorium. ] Eiusdem rei me-  
minit supra epistola ad Nepotianum. Quintilianus  
libro duodecimo capite undecimo M. Censorius  
Cato, idem Orator, historiæ conditor, idem juris,

idem

idem rerum rusticarum peritissimus fuit, inter tot operas militiae, tantas domi contentiones, rudi seculo, literas Græcas, ætate iam declinata didicit, ut esse hominibus documento, ea quoque percipi posse, quæ senes concupissent.

*Et M. Crassum.] Epistola ad Chromatium: Non M. Crassus.*  
 debet. Secundum illud quoque, de quo semel, in vita Crassum, ait, risisse Lucilius, Similem habent labra lactucam, asino carduos comedente. Item aduersus Ruffini calumnias. Citat Cicero lib. 3. Tuscul. quest. & lib. 5. de finibus. Plinius lib. 7. cap. 19. Asconius Pedianus in illud secundæ actionis in Verrem. Semel ait se in vita pertinuisse. Contumaciam Verris preciptem. Nam semel vicinum est ad pene nunquam. Ex eodem sensu est, quod semel in vita risisse Crassum scribit Lucilius. Vnde Virgilius mihi videtur dixisse Aeneid. 8.

*Tum primum nostri Cacum videre timentem.*

*Alij edificant ecclesias vestiant parietes marmorum cunctis.] De hac re superius dictum est.*

*Repositis opibus incubare.] Allusit ad Hemistichium Virgilianum. Defossoque incubat auro. Georg. 2.*

*Anastasius Episcopus.] Hic trigesimus septimus Anastasi⁹. Romanæ Ecclesiæ Episcopatum tenuit annos 3. dies 21. Hunc autem insignem virum, diu Roma habere non meruit, ut scribit Hieronymus ad Principiam.*

*Statim noxiū percutit caput, & fibilantia hydra Hydrea compescuit.] Ambrosius lib. 1. de fide cap. 4. velut quædam hydra fabularum vulneribus suis crevit, & dum saepe reciditur, pullulavit igni debita, incendioque peritura. Casianus lib. 1. de incarnatione Domini. Hæreses in ecclesijs, illius, quam poëtarum commenta fixerunt, hydræ similitudinem gerunt. Iste enim aduersum nos languis feralibus subibant, & istæ virus lethale iaciunt, & istæ scæcis capitibus renaluntur.*

**Innocetii.** *Sancti Innocentii.] Hic 38. Romanæ Ecclesiæ pres fuit Episcopus, Annos 15. mensis 2. dies 21.*  
*Putas ne frustra parvulus.] Copiosus de hac hanc si scribit in Epitaphio Paulæ, & Epistola, Lectis literis.*  
*Et que vix matrem r̄isu.] Respexit ad carmen Virgilianum 4. Ecloga.*

*Incipe parvus puer r̄isu cognoscere matrem.*  
*Vt credamus animas fuisse in cœlestibus.] Origeni starum dogma impium est, de quo in Epitaphio Paulæ, & quæstione 10. ad Hebreos. Item ad Damasum de visione Esaiæ. In enatratione cap. 20. 14. 17. 18. & 29. Hieremias. Item in Daniel. cap. 3. In præfatione Malachiæ. Rursus in cap. Ecclesiæ 4. Math. 6. 7. 11. 14. & 25. In epist. ad Ephesios cap. 6.*  
*Hereditario malo.] Quintil. declamat. 9. Hereditaria odia. Apud Iosephū lib. 16. ca. 3. <sup>ad xxviii</sup> ix 24. <sup>ad</sup> 25.*

*Ne non tam prohibuisse videar.] Ciceronis est pro Sexto Roscio Amer. Prudentissima ciuitas Athenen- sium, dum ea rerum potita est, fuisse traditur, Eius porro ciuitatis sapientissimum Solonem dicunt fuisse, cum, qui leges, quibus hodie videntur, scripsit. Is quum interrogaretur, cur nullum supplicium confituit in eum, qui parentem necaseret, respondit jāc neminem facturum putasse. Sapienter fecisse dicitur cum de eo nihil sanxerit, quod antea commissum non erat, ne non tam prohibere, quam admirare videretur. Vide Orosium lib. 5.*

**Cuniculi.** *Cuniculos quibus nituntur.] Ad Pammachium. Si iuxta. Et cuniculos, quibus veritas subvertitur, aperte luce demonstrabit. Item aduersus calumnias Rufini. Noui cuniculos tuos. In præfatione lib. 1. ep. stolæ ad Galat. Oblique vero, & quasi per cuniculos latenter incedens.*

**Superciliū.** *Pleni arrogantie & supercilii.] Sæpe à Hieronymo usurpatum. Mox. Eruditorum sibi sumunt super ciliū. Ad Eu-*

Ad Furiam. Adducentur supercilia. Item in capite *vetus elo-*  
*Ezechiel. 34. & 44.* In cap. *Michæl 6.* *Sophoniæ 1.* In *quiūm.*  
*cap. Matth. 6. & 16.* in enarratio. *epistolæ ad Philem.*  
 Maioris autem mihi videtur supercilij. Tullianum  
 est in L. *Pisonem.* Quos neque Hercle ego, neque  
 supercilium tuum fugi. Est & huius dictionis in eadē  
 significatione usus, apud *Iuuenalem Sat. 6.*

*Si cum magnis virtutibus adfers*  
*Grande supercilium, & numeras in dote triumphos.*  
 Apud *Martialem lib. 1.* Pone supercilium. Et triste su  
 percilium. apud *Lucret. lib. 6.*

*Et iuxta vetus eloquium, cum loqui nesciant, tacere nō*  
*possunt.* [Cicero hoc vitium *Pisoni* obiicit, Cum lo  
 qui (inquit) nesciret, tacere non potuit. Quintilian.  
 lib. 8. cap. 5. Quid? quod miser cum loqui non posset,  
 tacere non poterat. Hieronymus ad Oceanum de  
 imputato matrimonio à baptismio, vocat vitium Pi  
 sonianum, alludens nimitem ad inuectiuam Cicero  
 nis in *Pisonem.*

*Nec preceptore uti pessimo, scilicet præsumptione sua.]*  
 In Epitaphio Paulæ. Non à memetipso, id est, præ  
 sumptione, pessimo preceptore. In cap. *Ezechiel. 34.*  
 Magistrum habent præsumptionem suam.

*Vruntur pigmentis.]* Quidam codices habebant: lu  
 mentis. Legendum puto, lomentis. Vide Plinium  
 lib. 33. cap. 13. *Martial. lib. 3.*

*Lomento rugas interi quod condere lentas.*

*De quibus ilud Arbitri.]* *Martialis lib. 2. in Po*  
*sthumum.*

*Hoc mihi suspectum est, quod oles bene Posthume semper,*  
*Posthume non bene olet, qui bene semper olet.*

*De agmine columbarum crebro accipiter unam separat.* Accipiter.  
 rat. [Plinius lib. 10. cap. 8. varia accipitrum assignat  
 genera, eaque distinguit ex auiditate naturæ. Alij  
 (inquit) non nisi ex terra rapiunt auem: alij non nisi  
 circa arbores volitantem: alij sedentem in sublimi:  
 P aliqui

210 EPIST. HIER. AD SALVIN.  
aliqui volantem in aperto. Itaque columbz nouere  
ex ijs pericula, viloque considunt, vel subuolant, con-  
tra naturam eius auxiliantes sibi. Horatius lib. 1. Cat.  
od. 37. Accipiter velut Ales columbas, aut leporum  
citus venator. Virgil. Aeneid. 11.

Quām facile accipiter saxo sacer ales ab alto,  
Consequitur pennis sublimem in nube columbam.  
Vt aut ex superfluo. ] Ad Saluinam. Ex abundantia  
Græce, εν περιονιας, aut εν οπιος εν.

Interscorpiones & colubros incedendum, ut arcuati  
lumbis. ] Ad Auitum. Et calciatis pedibus ad terram re-  
missionis pergere, necubi à serpentibus mordes-  
tur, & areuato scorpij vulnere verberetur. In ena-  
tione cap. 20. Esaiæ. Qui Pascha Domini comedit,  
accinctos habet lumbos, & tenet manu baculum, &  
calciatis stat pedibus, ne per saeculi huius solitudine  
transiens à serpentibus mordeatur. Mos. Ipse calcia-  
tus incedat, ut calcare poscit super serpentes, & leot-  
rones, & securus incedere per huius saeculi hetem, in  
quo sunt serpentes & scorpiones, & bonarum re-  
rum sitis. Item in cap. Hierem. 2. Pascha factum cal-  
ciamenti iubentur habere in pedibus, & Apostolus  
calciatos prædicat pedes eorum, qui Euangelio pre-  
parantur, ne dum per saeculi huius solitudinem gra-  
diuntur, venenatis pateant animantibus, quæ debent  
Euangelico pede calcari & conteri. Alludit ad titum  
quem in agni Paschalis commestione Iudæi obser-  
bant, ut est Exod. 12. Frequens autem est huius allu-  
tionis usus, non solum apud Hieronymum, sed & apud  
reliquos patres. Cyprianus libro 4. epistola 6.  
Origenes Homilia 4. in Ezechiel. & Homil. 19.

EPIST.

# EPISTOLA NONA.

ARGUMENTVM.

Saluina mulier nobilissima, potentissimaque, in ipso  
flore iuuentæ, Nebridium maritum, nobilem virum, ac  
iuuenem, amiserat, relicto filio Nebridio, & eius sorore.  
Mortuum magnifice commendat Hieronymus à stemma-  
te, religione, eleemosynis, oratione, & id genus operibus  
pietatis. Saluinam ut libero rum rationem habeat, hor-  
tatur, castimoniā & famam tueatur propriam, secundas  
nuptias fugiat.

Hieronymus ad Saluinam de seruanda  
viduitate.

**V**EREOR ne officium putetur ambi-  
tio, & quod illius exemplum facimus, qui  
ait, discite à me, quia mitis sum & hu- Matth. 11.  
milis corde: glorie facere appetitione di-  
camur; & non viduam alloqui in angustia constitu-  
tam, sed aule nos insinuare regali, & sub occasione  
sermonis, amicitias potentium querere. Quod liqui- Leuit. 19.  
do non putabit, qui scierit esse praeceptum, Personam  
pauperis non accipies in iudicio, ne sub pretextu mi-  
sericordie, quod iniustum est, iudicemus. Vnusquisq;  
enim non hominum, sed rerum pondere iudicanduc  
est. Nec diuini obsunt opes, si eis bene vtatur: nec  
pauperem egestas commendabiliorem facit, si inter  
sordes & inopiam peccata non caueat. Vtriusq; no-  
biirei testimonii, & Abraham patriarcha, & quo- Gen. 15.  
ndiana exempla suppeditant, quorum alter in sum-  
mis dinitijs amicus dei fuit, alij quotidie in sceleribus  
deprehensi, pœnas legibus soluunt. Alloquimur igitur  
diuitem pauperē, nescientem ipsa que possidet. Ne-  
que enim marsupium eius discutimus, sed anima  
puritatem. Loquimur ad eam, cuius faciem ignoramus,

mus, & virtutes nouimus, quam nobis fama commendat, cuius venerabiliorem pudicitiam adolescentia facit. Que mariti mortem iuuenis sic fleuit, ut  
 \* Sic tali, exemplum coniugij dederit. \* Sic extulit, ut ex profectum crederes, non amissum. Orbitatis magnitudo, religionis occasio fuit. Nebridium suum sic querit absentem, ut in Christo presentem nouerit. Ceterum ad eam scribimus, quam ignoramus? Triplex visum irum causa est. Prima, quia pro officio Sacerdotij omnes Christianos filiorum loco diligimus, & prefectus eorum nostra est gloria. Altera, quia pater defuncti intima mihi necessitudine copulatus fuit. Extrema, que & validior, quod filio meo Autore pelganti, negare nihil potui, qui crebris literis interpellatricem duri iudicis superans, & multorum uniti ad quos ante super eadem materia scripsoram, exempla proponens: ita suffudit pudorem negatis, et plus considerarem quid ille cuperet, quam quid inde facere conueniret. Alius forsitan laudet Nebridium, quod de sorore generatus Auguste, & in materteria nutritus sinu, invictissimo principi ita charus fuit, ut ei coniugem nobilissimam quereret, & bellus ciuilium Africam disidentem, bac velut obside sibi fidam redideret. Mibi a principio statim illud est praedicandum quod quasi vicina mortis prescius, inter fulgorem palacij, & honorum culmina, que etatem anteibat, sic vixit, ut se ad Christum crederet profectus. Sacra narrat historia, Cornelium centurionem cohortis Italice in tantum acceptum Deo, ut Angelum ad

Nebridius  
Salvinæ  
maritus.

Act. 10.

lum ad eum mitteret, & omne mysterium, quo Per-  
 trus de circumcisionis angustijs transferebatur ad  
 præputi latitudinem, ad illius merita pertineret: quis  
 primus ab Apostolo baptizatus, salutem gentium  
 dedicauit. Scriptum namque est de eo: Erat vir qui-  
 dam in Cesarea, nomine Cornelius, Centurio co-  
 horts que dicitur Italica, religiosus, & timens deum  
 cum omni domo sua, faciens eleemosynas multas  
 plebi, & orans Deum semper. Quicquid de illo dici-  
 tur, hoc nomine commutato, in Nebridio meo ven- Nebridij  
pietatis.  
 dico. Sic religiosus fuit, & amator pudicitie, ut virgo  
 fortiretur uxorem: sic timens Deum cum omni do-  
 mo sua, ut oblitus dignitatis, omne consartium cum  
 Monachis haberet & Clericis: tantasq; eleemosynas.  
 faceret in populis, ut fores eius pauperum ac debilitu-  
 obserderent examina. Certe sic semper orans Deum,  
 ut illi quod optimum esset, eueniret. Raptus est, ne Sap. 4.  
 malitia mutaret mentem eius, quia placita erat a-  
 nimam illius Deo. Vnde & ego possum super eovere  
 abuti Apostoli voce, dicentis: In veritate cognoui, Act. 10.  
 quoniam non est personarum acceptor Deus, sed in  
 omni proposito, qui timet Deum, & operatur iusti-  
 tiam, acceptus est illi. Nihil nocuit militanti palu-  
 damentum, & baltheus & apparitorum ceterue,  
 quia sub habitu alterius, alteri militabat. Sicut è  
 contrario, alijs nihil prodest vile palliolum, furua tu-  
 nica, corporis illuies, & simulata paupertas, si no-  
 minis dignitatem operibus destruant. Legimus & in  
 Euangeli de alio Centurione Domini testimonium: Math. 8.

Nec in Israël tantā fidem inueni. Et ut ad superiora  
 Gen. 14. & Gen. 37. redeamus, Ioseph, qui in egestate & in diuitiis  
 deinceps. dedit experimenta virtutum, qui & seruus & domi-  
 nus, docuit anime libertatem: nonne post Pharaonem  
 Regijs ornatus insignibus, sic Deo charus fuit, ut su-  
 per omnes Patriarchas duarū tribuum pater fieret.  
 Dani. 3. & Daniel & tres pueri sic praeerant Babylonie opibus,  
 deinceps. & sic erant inter Principes ciuitatis, ut habitu Na-  
 buchodonosor, Deo mente seruirent. Mardochaeus &  
 Hester. 4. Hester inter purpurā, sericum, & gemmas superbia  
 humilitate vicerūt, tantiq; fuere meriti, ut captiuis ri-  
 etoribus imperaret. H.ec illuc tendit oratio, ut ostendat  
 Eccles. 7. iūuenem meum coniunctionem sanguinis regalit,  
 et affluentia diuitiarū, atq; insignia potestatu, matr  
 sapiētia, sic protegit et pecunia. Nec statim illud bunt  
 testimonio putemus aduersum: Amē dico vobis, dif-  
 Math. 19. cile diues intrabit in regnum celorum. Et rursum dico  
 vobis: Facilius est camelū per foramen acus transire,  
 Luc. 19. quā diuitem intrare in regnū celorum. Alioquin Za-  
 cheus publicanus, quem ditissimum cōmemorat scri-  
 ptura, contra hanc sententiam saluatus videbitur.  
 Sed quomodo quod apud homines impossibile est,  
 apud Deum possibile fiat, Apostoli consilium docet  
 1. Tim. 5. scribentis ad Timotheum: Diuitibus huius saclipe  
 cipe, non superbe sapere, nec sperare in incerto di-  
 uitiarum suarum, sed in Deo viuo, qui prestat habet  
 omnia abundanter ad fruendum. Benefaciant, fini-  
 diuites in operibus bonis, facile tribuant: commun-

cent, thesaurizent sibi bonū fundamentū in futurū,  
vt apprehēdant verā vitā. Didicimus quomodo ca-  
melus introire possit per foramen acus: quomodo ani-  
mal tortuosum, deposito pondere sarcinariū, assumat Psal. 54:  
sibi penas colub. & requiescat in ramis arboris, que  
de sinapis semēte succreuit. Legimus in Esaia, came- Esa. 60.  
los Madia & Ephā & Saba, aurū, & thus ad urbem  
domini deportātes, in typo horū camelorū. Ismaelitæ Gen. 37.  
negociatores, stactē & thymiana, & resinam, que  
nascitur in Galaad, & cutē vulneribus obducit, AE-  
gyptijs deferūt, tant & q̄ felicitatis sunt, vt emant &  
vēdant Ioseph, & mercimoniū eorū mundi salus sit.  
Docet & AESopi fabula, plenū muris ventrē per an-  
gustū forame egredi nō valere. Ergo Nebridius meus  
quotidie illud reuoluens: Qui volunt diuites fieri, 1. Tim. 6.  
incidit in tentationē & laqueū diaboli & desideria  
multa: quicquid & imperatoris largitio, & honoris  
insule dederat, in usus pauperū cōferebat. Nouerat  
enī à domino esse praeceptum: Si vis perfectus esse, Luc. 18.  
vade, vende omnia que habes, & da pauperibus, &  
veni sequere me. Et quia hanc sententiā implere nō  
poterat, habens vxore & paruulos liberos, & multā  
familia, faciebat sibi amicos de iniquo māmona, qui  
se reciperet in eterna tabernacula. Nec semel abij- Luc. 16.  
ciebat sarcinā, quod fecerūt Apostoli, patrē, rete, nauī Math. 4.  
culā relinquentes, sed ex equalitate, aliorū inopie suā  
abūdantiā cōmunicabat, vt postea illorū diuitię huī 1. Cor. 8.  
indigentiam sustentarent. Scit ipsa, cui libellus hic  
scribitur, me non nota, sed audita narrare: nec

ex aliquo in me beneficio, scriptorum more Grecorum, gratiam lingua reddere. Procul à Christianis  
 ista suspicio. Habentes victum & vestitum, via contenti sumus. Vbi vile olusculum, & cibarius panis, &  
 cibus potusq; moderatus, ibi diniti & superuacue, ibi  
 nulla adulatio, que vel precipue fructum reficit.  
 Ex quo colligitur fidele esse testimonium, quod casas non habet mentiendi. Ac ne quis putet me  
 Eccles. 3. & has exercuisse sit magnum, de quibus dicuntur: Se-  
 cut aqua extinguit ignem, ita eleemosyna extin-  
 guit peccatum, ad ceteras virtutes eius venian-  
 quae singulas in paucis hominibus deprehendimus.  
 Dan. 3. Quis fornacem Regis Babyloni? sine adiustione in-  
 gressus est? Cuius adolescentis Aegyptia domina pater-  
 lum non tenuit? Que uxor Eunuchi nullus crebat li-  
 beros voluptate transacta? Quem hominum disper-  
 Rom. 7. tatio illa non terreat? Video aliam legem in mem-  
 bris meis repugnantem legi mentis mes, & captiu-  
 me ducentem in lege peccati, que est in membro  
 meis. Mirum dictu est, nutritus in palatio, con-  
 bernalis & condiscipulus Augustorum, quorum mense  
 se ministrat orbis, & terre ac maria seruiunt, in-  
 ter rerum omnium abundantiam, in primo etatis  
 flore tante verecundie fuit, ut virginalem pudorem  
 in se fabulam daret. Deinde purpuratorum pro-  
 pinquus, socius, consobrinus ipsiusdem cum ambobus  
 studijs eruditus (que res etiam externorum men-  
 tes sibi

tes sibi conciliat ) non est inflatus superbia , nec ceteros homines adducta fronte contempsit, sed cunctis amabilis, ipsos principes amabat ut fratres, venerabatur ut dominos, & in illorum salute , suam salutem positam fatebatur . Ministros autem eorum, & viuens ordinem palati, quo regalis frequenter ambitio , sic sibi charitate sociarat , ut qui meritò inferiores erant, officijs se pares arbitrarentur . Difficile factu est , gloriam virtute superare , & ab his diligi, quos precedas . Que vidua non huic auxilio sustentata est ? Quis pupillus non in eo reperit patrem ? Totius Orientis Episcopi ad hunc misericordum preces , & laborantium desideria conserebant . Quicquid ab imperatore poscebat, eleemosyna in pauperes , precium captiuorum , misericordia in afflictos erat , Vnde & ipsi principes liberenter prestatabant , quod sciebant, non uni, sed pluribus indulgere . Quid ultra differimus ? Omnis ca- Esa. 40.  
 rofenum, & omnis gloria eius quasi flos fæni . Reuersa est terra in terram suam : dormiuit in Domino & appositus est ad patres suos plenus dierum ac luminis, & nutritus in senectute bona . Cani enim ho- Sap. 4.  
 minis sunt sapientia eius . In breui etate tempora multa compleuit . Tenemus pro eo dulcissimos liberos . Vxor heres pudicitiae precium est . Nebridius pusio, patrem querentibus exhibet . Sic oculos, sic ille manus, sic ora Aeneid. 3.  
 serebat . Scintilla vigoris paterni lucet in filio, & similitudo morum per speculum carnis erumpens, ingentes animos angusto in pectore versat . Iungitur ei ger-

mana, rosarū & liliorum calatus, eboris ostrigā, commercium. Sic refert ore patrē, ut ad venustatē propensior sit. Sic matrē mixta similitudine pingit, ut in uno corpore utrumq; agnoscas. Ita suauis est & mellitula, ut honor sit omnium propinquor. Hanc tenere nō de dignatur Augustus, hanc souere in fina regina letatur. Certatim ad se omnes rapiūt. Pēdes ex collo, haret in brachīs singulorum. Garrula atq; balbutiens, lingue offensione fit dulcior. Habes igitur S. Saluina quos nutrias, in quibus virum absen-

Psal. 131. tem tenere te credas. Ecce hereditas domini, filii merces, fructus ventris. Pro uno homine duos filios receperisti, auctus est numerus charitatis. Quicquid debebas marito, reddre filiis. Amore presentium absentis desiderium tempera. Non est parvū apud dei-

meriti bene filios educare. Audi Apostolum commen-  
tentē: Vidua eligatur non minus annorū sexaginta, que fuerit unius viri uxor, in bonis operibus habens testimoniu, si filios educavit, si hospitalis fuit, si san-  
ctorū pedes lauit, si afflictis abundantiter prebuit, si omne opus bonū subsecuta est. Didicisti catalogum virtutū tuarū, quid debebas nomini tuo, quibus meri-  
tis secundū pudicitie gradū possideas. Ne te moueat,

Vidua. quod sexagenaria eligatur in viduā, & putes ado-  
lescentulas ab Apostolo reprobari. Et te crede eligi-

1. Tim. 4. ab eo, qui discipulo dixerat: Nemo adolescentiam tuam contemnat, non continentiam sed etatem. Alioquin omnes que ante sexaginta annos vidiuat sunt, hac lege accipient maritos. Sed quia rudem  
Chriſii

Christi instituebat ecclesiam, & omni ordini prouidebat, precipueq<sup>z</sup> pauperibus, quorum ei cura cum Barnaba fuerat demandata: illas vult ecclesie Act. 13.  
 opibus suffentari, que proprijs manibus non queunt laborare, que vere vidue sunt: quas & etas probat, & vita. Heli sacerdos offendit deum ob virtutem liberorum. Ergo e contrario placatur deus virtutibus eorum, si permanserint in fide & charitate, & sanctitate cum pudicitia. O Timothee, te ipsum 1. Tim. 1.  
 castum custodi. Absit ut sinistrum quippiam mihi de te suspicari liceat, sed ex abundantia lubricam etatem monuisse, pietatis est. Que dicturus sum, non tibi, sed puellaribus annis dicta intellige. Vidua que in delicis est, viuens mortua est. Hoc vas electionis loquitur, & de illo profertur thesauro, qui confidenter aiebat: An experimentū queritis eius, 2. Cor. 13.  
 quim me loquitur Christus? Hoc ille pronunciat, quilibere sub persona sua fragilitatem humani corporis fatebatur. Non enim quod volo bonum, hoc Rom. 7.  
 operor, sed quod nolo, malum. Et propterea <sup>t. cestigo.</sup> redigo in seruitutem corpus meum, ne 1. Cor. 9.  
 alijs predicans, ipse reprobis inueniar. Si ille timeret, quis nostrum potest esse securus? Si David amicus domini, & Solomon amabilis cius, vici sunt quasi homines, vt & ruine nobis ad cautionem & penitutinam, ad salutem exempla preberent, quis in luxuria Phasides aues, Crassiturtures, attagen Ioni-  
 cus, & omnes aues, quibus amplissima patrimonia auolant.

auolant. Nec ideo te carnibus vescinon putes, si  
 suum, leporum, at ceruorum, & quadrupedum am-  
 mantium esculentias reprobes. Non enim hac pedu-  
 x. Tim. 4. numero, sed suavitate gustus iudicantur. Scimus ab  
 Apostolo dictum: Omnis creatura dei bona est, &  
 nihil reiciendum, quod cum gratiarum actione  
 Rom. 14. percipitur. Sed idem loquitur: Bonum est vitum  
 Ephes. 5. non bibere, & carnem non manducare. Et in alio  
 loco: Nolite inebriari vino in quo est luxuria.  
 x. Tim. 4. Omnis creatura dei bona est. Andiant hec mulie-  
 res, que sollicitae sunt, quomodo placeant viu-  
 Comedant carnes, que carni seruiunt, quarum  
 seruor despumat in coitum, que maritis alligate,  
 generationi ac liberis dant operam. Quarum uten-  
 portant foetus, earum & intestina carnibus implean-  
 tur. Tu vero que in tumulo mariti sepelisti omnes  
 pariter voluptates, que litam purpuriss & cerussa  
 faciem, super feretrum eius lacrymis diluisti, que  
 pullam tunicam, nigrosq; calceulos, candida vestis  
 & aurati socci depositione sumpsistii, nihil habes  
 necesse aliud, nisi perseverare, in iejunio. Pallor &  
 sordes gemme tue sint, plumarum mollicies nua-  
 nilia membra non foueat. Balnearum calor nouum  
 adolescentula sanguinem non incendat. Audi quid  
 Eneid. 4. cantet: Ille meos, primus qui me sibi iunxit, amores  
 Abstulit: ille habeat secum, seruetq; sepulchro. Si  
 tanti vilissimum vitrum, quāsi pretiosissimum mar-  
 garitum? Si communī legē nature danmat omnes  
 genti-

gentilis vidua voluptates, quid expectandum est à  
 vidua Christiana, que pudicitiam suam non solum  
 ei debet, qui defunctus est, sed & ei cum quo re-  
 gnatura est? Queso te, ne generalia monita, & con-  
 ueniens puellari sermo persone suspicionem tibi in-  
 iurie moueant, & arbitreris me obiurgantis animo  
 scribere, non timentis, cuius votum est, te nescire  
 que metuo. Tenera res in feminis fama pudicitiae  
 est, & quasi flos pulcherrimus cito ad lenem mar-  
 cescit auram, leuiq[ue] flatu corruptitur, maxime  
 rbi & etas consentit ad vitium, & maritalis deest  
 auctoritas, cuius umbra tu tamen uxoris est. Quid  
 faciet vidua inter familie multitudinem? inter \*facit.  
 ministrorum greges? Quos nolo contemnat ut fa-  
 mulos, sed ut viros erubescat. Certe si ambitiosa  
 domus hec officia flagitat, præficiat his senem ho-  
 nestis moribus, cuius honor domine dignitas sit.  
 Scio multas, clausis ad publicum foribus, non caruis-  
 se infamia seruulorum, quos suspectos faciebat, aut  
 cultus immoderatus, aut crassi corporis nitor, aut  
 etas apta libidini, aut ex conscientia amoris occulti,  
 securus animi tumor, qui etiam bene dissimulatus,  
 frequenter erumpit in publicum, & conseruos quasi  
 seruos despicit. Hoc ex abundantia dictum sit, ut  
 omni diligentia custodias cor tuum, & caueas quic-  
 quid de te fingi potest. Non ambulet iuxta te ca-  
 lamistratus procurator, non histrio fractus in femi-  
 nam, non cantoris diabolici venenata dulcedo, non  
 iuuenis cultus & nitidus. Nihil artium scenicarum,

nihil

222 EPIST. HIER. AD SALVIN.  
nihil tibi in obsequijs molle iungatur. Habeto tecum  
viduarum & virginum choros, habeto tui sexu-  
solatia. Ex ancillarum quoq; moribus dominis iu-  
dicantur. Certe cum tecum sancta sit mater, & la-  
teri tuo amita hereat virgo perpetua, non debes pe-  
riculose extenorum consortia querere, de tuorum  
societate secura. Semper in manibus tuis sit diuina  
lectio, & tam crebre orationes, ut omnes cogita-  
tionum sagitte, quibus adolescentia percussa follet,  
huiusmodi clypeo repellantur. Difficile est, quin  
potius impossibile, perturbationis iniij carere quan-  
piam, quas significantius Greci πονηθείας vo-  
cant: nos, ut verbum vertamus ē verbo, antepaf-  
fiones possumus dicere, eo quod incentiu[m] vitiiorum  
omnium titillent animos, & quasi in meditullo no-  
strum iudiciū sit, vel abiecere cogitata, vel recipere.

Matth. 15. Vnde & natura dominus in Euangelio loquebatur:  
De corde exirent cogitationes male, homicidii,  
adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonie,  
blasphemie. Ex quo perspicuum est, iuxta alterius  
libri testimonium, proclivius esse cor hominis à pa-  
ritia ad malum: & inter opera carnis & spiritus,  
que Apostolus enumerat, medium animam fix-  
etuare, nunc h̄c, nunc illa cupientem. Nam viri  
nemo sine nascitur: optimus ille est, Qui minimus  
virgetur, velut si egregio inspersos reprehendas cor-  
pore neuos. Hoc est quod alijs verbis prophetas  
Psal. 76. significat: Turbatus sum, & non sum locutus.  
Psal. 4. Et in eodem volumine: Iraescimini, & nolite  
peccare.

Gen. 8.

Gal. 5.

Psal. 76.

Psal. 4.

peccare. Et illud Archit. Tarentini, ad villicum  
 negligenter: *Iam te verberibus enecassem, nisi ira-*  
*tus essem.* Ira enim viri, iustitiam dei non opera- *Iacob. 1.*  
 tur. Quod de una perturbatione dictum est, re-  
 feramus ad cetera. Sicut irasci hominis est, & iram  
 non perficere, Christiani: sic omnis caro concupis-  
 cit quidem ea que carnis sunt: & quibusdam ille-  
 cebris ad mortiferas animam voluptates trahit: sed  
 nostrum est, voluptatis ardorem maiore Christi  
 amore extinguere, & <sup>lasciuieas.</sup> lascivium iumentum frenis  
 inediae subiugare, ut non libidinem, sed cibos que-  
 rat ac desideret, & sessorem spiritum sanctum, mo-  
 derato atq; composito portet incessu. Quorsum ista?  
 Ut hominem esse te noueris, & passionibus humanis,  
 nisi caueris, subiacere. De eodem cuncti facti summe  
 luto, iisdem compacti exordijs. In serico & in  
 pannis eadem libido dominatur. Nec regum pur-  
 puras timet, nec mendicantium spernit squal-  
 lorem. Multoq; melius est, stomachum dolere,  
 quam mentem, imperare corpori, quam seruire,  
 gressu vacillare, quam pudicitia. Nec statim nobis  
 penitentie subsidia blandiantur, que sunt inseli-  
 curatur. Aliud est integra naue & saluis merci-  
 bus portum salutis intrare, aliud nudum hærere  
 tabule, & crebris fluctuum recursibus ad asper-  
 rima saxa collidi. Nesciat vidua, digamie indul-  
 gentiam: nec nouerit illud Apostoli, *Melius est nu-* *1. Cor. 7.*  
 bere, quam viri. Tolle quod peius est, vii: & per  
 se bonum

se bonum non erit nubere. Procul sunt hereticorum  
 calumniae, scimus honorabiles nuptias, & cubile im-  
 maculatum. Etiam de paradiſo expulſus Adam, una  
 uxorem habuit. Primus Lamech maledictus & san-  
 guinarius, & de Cain stirpe descendens unam co-  
 ftam diuisit in duas, & plantarium digamie proli-  
 nus diluuij pœna subuertit. Vnde illud Apostoli: quod  
 fornicationis metu indulgerè compellitur, scribens ad  
 Timotheum: volo adolescentulas nubere, filios pro-  
 creare, matres familias esse, nullam occasionem dare  
 aduersario maledicti cauſa. Cur indulſerit, statim  
 subiecit: Iam quedam declinauerunt post satanam.  
 Ex quo intelligimus, illum non tantibus coronam,  
 sed iacentibus manum porrigere. Vide qualia sunt  
 secunda matrimonia, que lupanaribus preferuntur  
 quia declinauerunt quedam post satanam. Ideo &  
 adolescentula vidua, que se non potest continere, vel  
 non vult, maritum potius accipiat, quam diabolum.  
 Pulchra nimis & appetenda res, que satane co-  
 paratione suscipitur. Fornicata est quondam & He-  
 rusale, et diuariauit pedes suos omni transuenti. In  
 Aegypto primum deuirginata est, & ibi fratre sunt  
 mammæ eius. Cumq; ad deserta venisset, & mor-  
 rum Moysi ductoris impatiens, quasi cœstro libidinis  
 furibunda dixisset: Iſti sunt Dij Israël, qui te edace-  
 runt de terra Aegypti: accepit precepta non bona,  
 & iustificationes peſsimas, in quibus non viueret, sed  
 puniretur. Quid ergo mirum, si & lascivientibus vi-  
 duis, de quibus in alio loco Apostolus dixerat. Cam-  
 luxu-

Hebr. 13.

Gen. 4.

Gen. 7.

1. Tim. 5.

Secundæ  
nuptiæ.Ezechie.  
23. &c 16.

lusuriae fuerint in Christo, nubere volunt, habētes  
 damnationē, quia primam fidem irritam fecerunt,  
 concessit digni.e precepta non bona, & iustifica-  
 tiones pessimas: ita secundum indulgens maritum,  
 ut & tertium, si liberet, etiam vicesimum, ut sciret  
 sibi non tam viros datus, quam adulteros amputa-  
 tos? Hęc filia in Christo charissima inculco, & cre-  
 brius repeto, ut posteriorum oblitera, in priora te exten-  
 das, habens tui ordinis quas sequaris, Iudith de He-  
 brae historia, & Annam filiam Phanuelis de Euan-  
 gelij charitate, que diebus & noctibus versabantur <sup>+ claritas.</sup>  
 in templo, & orationibus atque ieunijs thesaurum  
 pudicitie conseruabant. Vnde & altera in typo  
 Ecclesie, diabolum capite truncavit, altera saluato-  
 rem mundi prima suscepit, sacramentorum conscientia  
 futurorum. Illud in calce sermonis queso, ut hreui-  
 tate libelli, non de inopia eloquij vel de materia ste-  
 rilitate, sed de pudoris magnitudine existimes acci-  
 disse: dum vereor, me ignotis diu ingerere auribus,  
 & occultum legentium iudicium pertimesco.

Q.

ANNO-

ANNOTATIONES IN EPISTO.  
LAM AD SALVINAM.

**V**ereor ne officiu[m] putetur ambitio.] Saluina hac foemina nobilissima, filia fuit Gildonis illius, qui Aphricam tenuit, quemadmodum scribit Hieronymus in calce epistolæ ad Agerochiam. De Gildone autem & bello Gildonico lege Claudianum & P. Orosium lib. 7. cap. 5. 6.

*Et non viduam alloqui in angustia.]* Lib. 1. in Iovianum. Sexaginta (inquit) referuntur ad viduas, coquod in angustia & tribulatione sunt positi.

*Quod liquido non putabit.]* In commentarijs sibi inde, liquido confiteri, comprobare, petuidere, scire. Cicer. 5. Vert. Nemo esset, quin hoc se audisse liquido diceret.

*Vnumquodque enim non hominum, sed reram ponde-*  
*re iudicandum est.]* Aduersus Ruffini columnias, cuius initium: Et vestris. Quasi culpam ometus peccantium minuat, & in personis, non in rebus accusatio sit. Et lib. 3. in Pelagianos. In dogmatibus enim & questionibus differendis, non persona, sed causa querenda est. Similia his habet epistola ad Oceanum. Item in cap. 6. Amos, & in Malachi cap. 1.

**Nebridius.** *Iaudet Nebridium.]* Sit ne hic Nebridius, quem Ammianus Marcellinus comitem scribit Orientis. li. 14. iudicio aliorum relinquo. Scribit & Paladius in dialogo, Saluinam beati Nebridij coniugem virtute præcipuum.

*Velut obside sibi fidam redderet.]* Hoc Hieronymo frequens est admodum. Et quidem epistola ad Sabiniandum. Quasi quosdam obsides accipis capillos. In vita Pauli. Quasi pacis obsides offerebat. In appè dice Chronicorum Eusebij de Arnobio loquens. Et tandem velut quibusdam obsidibus pietatis fidelis impetravit.

*Sed in omni proposito.]* Actuum 10. 18. i. gentes. Si ue-

*Si nominis dignitatem.] Non raro hac sententia vti-  
tur in eos, qui in Ecclesia constituti, nominis sui op-  
nionem prava vitę consuetudine deturpant ac deho-  
neant.*

*Sicut protegit sapientia.] Ecclesiastes 7. lege ibi Hic  
tonymum.*

*Camelos Madian.] Madian & Ephra, regiones sunt  
trans Arabiam fertiles camelorum, omniisque proutiu-  
cia appellatur Saba, unde fuit & regina, quae venit sa- 3. Reg. 10.  
pientiam audire Salomonis, & ipsa deferens aurum,  
& thus pacifico regi. Haec Hieron. in cap. 40. Elaiæ.*

*In typo horum camelorum Ismaelite negotiatores.] Sic  
distinguendum hanc periodum docet codex vetustus.*

*Et resinam, quae nascitur in Galatad.] Hieremias 8.  
Nunquid resina nou est in Galaad, aut medicus non  
est ibi?*

*Cutem vulneribus obducit.] Nihil visitatus Hiero- Cutē vul-  
nymo hoc locutionis genere. In Luciferianos. Et neribus  
cicatrix male obducta incocto pure distumpitur. Item obducere.  
aduersus Ruffini calumnias, cuius initium, Lectis li-  
teris. Quid meruit homo latens, ut nudares cicatricē  
res. Epistola ad Pammachium: ad Ruffinum: ad In-  
nocentium. Rursus in cap. Elaiæ 48. Hierem. 8. Item  
in praefatione primi lib. in Ezechielem. Et magno vul-  
neri cicatrix paulatim obducitur. Iterum in ca. Osee  
10. vulnus idolatriæ quadraginta annorum spacio  
obducetur, & pristinæ reddere sanitati. Vide etiā  
Origenem Homil. 8. in Leuit. & Homil. 6. in Iosue.  
Cyprianum epistola septima lib. 2. Prudentius lib. 14  
in Symmachum*

*Vir solus, cui cura fuit, ne publica morum  
Plagacatricem summa leniter cute clausam  
Duceret, & latebram tabentis vulneris alte  
Impressam, penitusq; putri de pure perefasam.  
luncta superficies medico fallente foueret.*

Cicero 3. de lege Agraria. Ne aut refricare obductam  
iam reip. cicatricem viderer, aut aliquid alienissimo  
tempore nouæ dissensionis commouere. Est & fres-  
quens usus in sacris literis. 2. Paralip. 24. Et obduc-  
batur parietum cicatrix per manus eorum Nehemias  
4. Item Hieremias 8. & 30.

*Docet & Aesopi fabula.] Horat. lib. i. epistolatum  
ad Meconatem de vulpecula simile refert. epist. 7.  
Forte per angustum tenuis vulpecula rimam  
Repserat in cumeram frumenti, pastaque rursus  
Ire foras pleno tendebat corpore frustra.  
Cui mustela procul, si vis(ait) effugere isthine:  
Macra cauum repetas arctum, quem macra subiit.  
Audita referre. Imitatus est Virgil. Aeneid. 6.  
Sit mili fas audita loqui, sit numine vestro  
Pandere res alta terra, & caligine vestro*

*Et ibus potius; moderatus, ibi diuitiae supernacae.  
Vbi diuitiae supernacae, ibi nulla adulatio.] Sic restitu-  
da corrupta lectio, ex vetustissimis exemplaribus.  
Quis fornacem regis Babylonis. Allegoriae sunt e*

*scripturis desumptæ tamquam adiectibiales.  
Quorum mensæ ministrat orbis.] Eadem sententiam  
alijs verbis profert lib. 2. in Iouinia. Propter breuem  
gulæ voluptatem, terræ lustrantur & maria. Et ad So-  
phronium de ordine & titulis psalmot. Nam cum  
semper expertant voluptates, & gulæ eorum in Theophanis  
ria non sufficient. Gregor. Nazian. in Theophanis.  
μὴ γῆ καὶ θάλασσα τὴ τιμίαν ἡμῖν κοπρού διρρεῖται.  
Τισσαν. οὐτω γέργεια σειδα τιμᾶν τρυφήν, μὴ ἀκαθάδη.*

*Mentes sibi conciliat.] Respexit ad Ciceron. in offi-  
cijs. Primum hoc statuo esse virtutis conciliare sibi  
animos hominum.*

*Nutritus in senectute bona.] De Abraham apud lx.  
Gen. 25. Verum τραφεῖς legitur protrophētis, id est, se-  
pultus iuxta veritatem Hebraicam.*

*Sic oculos.] Verba sunt Andromaches apud Virgil.*

*3. Aeneid.*

*Secundum pudicitiae gradum.] Gradum secundū vo-  
cat viduitatem. Epist. ad Eustoch. Et quanquam sc-  
cundum pudicitiae gradum teneat viduitas.*

*Attagen Ionicus.] In Zachariæ cap. 14. Pro huius Attagen.  
vitæ continentia breviisque ieunio, bulbos sibi, & a-  
ues Phasidis, & Attagenem nequaquam Ionicum, sed  
Indaicum repromittunt. Horat. Epopon. Ode 2.*

*Non Aphra avis descendat in ventrem meum,*

*Non attagen Ionicus*

*Ineundior, quam lecta de pinguisimis  
Oliua ramis arborum. Martial. lib. 14.*

*Inter sapores fertur alitum primus,  
Ionicarum gustus attagenarum.*

*Plinius. lib. 10. cap. 48. Attagen maxime Ionicus cele-  
bratur, vocalis alias, captus vero obmutescens, quo-  
dam existimatus inter raras aves. Iam in Gallia &*

*Hispania capitur.*

*Nec ideo carnibus.] Quod olim patres sancti qua- Esus car-  
drupedum esum repudiandum censuerint, abunde nium.  
testatur Pruden, in hymno ante cibū, in hunc modū.*

*Hec opulentia Christicolis.*

*Seruit, & omnia suppedstat.*

*Absit enim procul illa famæ,*

*Cedibus et pecudum libeat.*

*Sanguineas lacerare dapes.*

*Sint fera gentibus indomitis*

*Prandia de nece quadrupedum:*

*Nos oleris coma, nos siliqua*

*Fœta legumine multi modo*

*Paserit innocuis epulis.*

*Auium autem elum, permisisse creduntur, quod de  
codem elemento, quo & pisces sint creatæ. Quod idē  
Poëta carmine codem canit.*

*Callidus illaqueat volucres, &c.*

230 ANNOT. D. HENR. GRAVII

Sed & beatus Benedictus in sua viuendi regula cap.  
59. de mensura ciborum sic statuit. A carnium vero  
quadiupedum omnino ab omnibus abstineatur com-  
mestione , præter omnino debiles & ægrotos. Lege  
Tertulli. in apologetico , cap. 9. & Euseb. Hist. Eccl.  
cap. 1.

*Calamistratus procurator.] Epistola sequentia. Nec  
procurator calamistratus , nec formosus collactaneus  
nec candidus & rubicundus allecla, adhereat latere tuo.*

*Ex ancillarum quoque moribus dominae iudicantur.]  
Subinde vsu venit , ut ex puellarum lascivia domina-  
rum diuidicentur . Affinia habet in epistola ad Furiā,  
& ad Principiam.*

*Quas significantius Græci πρωτασίας vocant.] In  
Ezech. cap. 18. Deus igitur primos , & secundos stimu-  
los cogitationum , quas Græci πρωτασίας vocant , si-  
ne quibus nullus hominum esse potest , nequam  
punit , sed si cogitata quis facere decreuerit , aut ipsa  
qua fecerit , noluerit corrigerem pœnitentia . Mox ne-  
quaquam primus pulsus cogitationis , imo parvus  
mentis instinctus punitur à Deo , sed si quod mente  
conceperis , opere consummes . Item in cap. Matth.  
5. Inter πάθος & πεπάθειαν hoc interest , quod pa-  
fio reputatur in vitium , propassio licet virtutis culpan  
habeat tamē , non tenetur in crimen . Ergo qui vident  
mulierē , & anima eius fuerit titillata , hic propassio  
ne percussus est: si vero consenserit , & de cogitatione  
affectionem fecerit , sicut scriptum est in Davide. Transe-  
runt in affectū cordis , de propassione transiuit ad pa-  
sionem , & huic non voluntas peccati deest , sed occasio.*

*In menitullio nostrum iudicium sit.] Multis in locis  
hac sententia vtitur. lib. 1. in Pelagianos. In ca. Eze.  
25. In Habac. cap. 3. In Abdiam vero: Significat(in-  
quit) quod anima in meditullio vitiorum , atque virtu-  
tum posita sit , & possit in utramque partē per horam  
momēta conuerti. Simile huic est , quod habet in enat-  
tatione*

Psal. 72.  
In medi-  
tullio.

tatione ca. 5, epist. ad Galat. Anima in meditullio quodam posita, vel carni iungitur, vel spiritui copulatur.

*Mediam animā fluctuare.]* Et hoc frequēs est Hieronymus in vita Malchi. Inter spē & metū medij fluctuamus. Sic in ca. 54. Esa. Inter varios idololorū fluctuabat errores. Et in ca. 62. Inter Deū & idola fluctuabat.

*Nam vitijs nemo sine nascitur.]* Horat. carmē est li. I. *Sine vitiis nemo.* sermonum ad Mœcenatem satyr. 3. Alludit ad idem carmen epist. ad Eustoch. Et ille est optimus qui quasi in pulchro corpore, tara nœvorum sorde respergitur.

*Velut si.]* Et hoc ex saty. 6. eiusdem libri ad Mœcenatem desumptum. Pulchre hoc carmen Horatianum imitarur epistola ad Cresiphoniē. Neque nunc mihi necesse est ire per singulos sanctorū, & quasi in corpos pulcherrimo, nœuos quosdā ac maculas demonstrare. Itē li. I. in Pelagianos. *Quis enim est, qui nō quasi in pulchro corpore, aut nœuum, aut verrucam habeat.*

*Et lascivie iumentum.]* Lege lasciviens. Sic in Osee cap. 4. Vacca lasciviens, & abijsiens iugum. Et in ca.

10. Contentiosa vacca, atque lasciviens.

*Passionibus humanis, nisi caueris subiacere.]* Nihil hoc subiacere. idiotismo tritius. Subiacere vitijs, sceleribus, maledictioni perpetuæ, maledictis, opprobrijs, sententiæ, angustijs, iræ, iniuriæ, insidijs, imperio, terrori atque tristitia, naufragio, poenæ & cruciatui, inquis cogitationibus, damno, delicto, vltioni, vanitati.

*De eodem cuncti facti sumus luto.]* In Amos cap. 9. Cunctas gentes de eodem finxi luto, & æquali sorte generauit. Videtur utробique respicere ad dictum Eliphas. Iob. 4. Quanto magis hi qui habitant domos luteas, qui terrenum habent fundamentū consumetur veluti à tinere. Ibi lxx. ἐξ ὧν καὶ αὐτοὶ εἰς τὸν αὐτοῦ πηλοῦ ἰσμέν. Item Iob 33. ἐκ πηλοῦ διηρησαθεὶς, ἀπὸ γῆς ἐγένετο, ἐκ τοῦ αὐτοῦ διηρησθεῖς.

*Penitentie subsidio blandiantur.]* Est frequens tum

apud Hieronymū, tum Cyprianū. Hieronymus quidem ad Agerochiam. Sub quorum patrocinio interdum sibi blanditur. Ibidem. Nec sibi in eo amorum puellarium debet vidua blandiri. Cyprianus lib. 4. epistola 2. & 9. lib. de opere & elemosynis. De disciphina virgin. De simplicitate prelatorū. Itē ad Demet.

Vt. Nubere  
Tolle quod peius est vni.] lib. i. in Iouinianum. Tolle ardore libidinis, & non dicet, melius est nubere, Terulliano more loquitur. lib. i. de exhortatione castitatis, & lib. i. ad vxorem, & lib. de monogamia.

Gen. 4. De Cain stirpe.] Fuit enim Lamech filius Mathusael. Vnam costam diniſit in duas.] Et hoc Terullianum est lib. de Monogamia.

Iacentibus manum porrigere.] Hanc phrasim imitatus est ex Cicerone in oratione post redditum. Qui mihi primus afflito, & iacenti, consularem fidem, dextramque porrexit, qui me à morte ad vitā, à desperatione ad spem, ab exitio ad salutem reuocauit.

Quasi oestro libidinis.] Hieronymus in ca. Osee 4. Pro lasciuiente vacca, lxx. transtulerunt παρειρόντα, quae oestro asiloque percussa sit, quem vulgo tabanū vocat, de quo Virgil. 3. Georg.

Est lucos Silari circa illicibusq; virentem Plurimus Alburnum voltans cuius nomen asilo Romanum est, oestrum Graj vertere vocantes. Iosippus lib. de Maccabaeis. νέος γάρ καὶ ἀκμήν πρὸς συνουσιασμὸν ἡκύρωσε τῷ λεγισμῷ τῶν παῖδεων οἰστρού. Et εὐ μόγον δὲ τῆς ἡδυπαθίας οἰστρυλασίας ισχατεῖν οἱ λογισμὸς φαινεται. Et δυρατὸς γὰρ οὐ σφραγίζει τὸν οἰστρὸν φλεγμονὸς.

De Euangelij charitate.] Lege claritate, ex antiquissimo exemplari in membranis scripto.

## EPISTOLA DECIMA.

ARGUMENTVM.

Furia Consularis ac Patricij & Ticianæ filia, Probi consilii aurus, in grata Florenti marito orbata est. Hieronymus horretur ne soluta iani à lega viri, iterum fese nuptiarium vinculis constringat, proponens singula digamix incômoda.

Hieronymus ad Furiam de viduitate seruanda.



BSECRA S literis, & suppliciter deprecari, ut tibi rescribam: imo scribam, quomodo viuere debas, & viduitatis coronam illeso pudicitie nomine conseruare. Gaudet animus, exultant viscera, geslit affectus hoc te cupere esse post virum, quod sancte memorie mater tua Titiana multo tempore fuit sub marito. Exaudi te sunt preces & orationes eius. Impetravit in vnica filia, quod viuens ipsa possiderat. Habet preterea generis tui grande præstigeum, quod exinde à Camillo vel nulla, vel rara, vestre familie scribitur secundos nosce concubitus: ut non tam laudandæ sis, si vidua perseueres, quam execranda, si id Christiana non sernes, quod per tanta secula gentiles famine custodierunt. Taceo de Paula, & Eustochio, stirpis vestre floribus: ne per occasionem exhortationis, illas laudare videar. Blefillamq; pretereo, que in maritum suum tuum secuta germanum, in breui vitæ spacio temporis virtutum multi complevit. Atq; utinam preconia sœminarum iniuitarentur viri: & rugosa senectus redderet, quod sponte offert adolescentia. Sciens

Q.S. &amp;

Hora. in  
arte.

& videns in flamمام mittit manum, adducens  
supercilia, extendetur brachium, Iratusq[ue] Chremes  
rumido deseuiet ore. Consurgent proceres aduersus  
epistolam meam, turba patr.ia detonabit, me magis  
me seductorem clamitans, & in terras ultimas de-

Ioan. 8. portandum. Addant si volunt, &amp; Samantem, 21

Domini mei titulum recognoscam. Certe filiam à fa-

Math. 8. rente non diuido, nec dico illud de Euangelo: Sine

ut mortui sepeliant mortuos suos, vivit enim quicq[ue]

x Ioan. 2. credit in Christū. Et qui in illum credit, debet etiq[ue]

quomodo ille ambulauit, &amp; ipse ambulare. Facebas

inuidia, quam nomini Christiano maledicorū sem-

per genuinus infigit ut dum probra metuunt, ad vir-

tutes prouocētur. Exceptis epistolis, ignoramus alter-

utrum. Solaq[ue] causa pietatis est, ubi nulla carnis

Exod. 20. notitia est. Honora patrem tuum, sed si te à veritate

Math. 15. non separat. Tam diu scito sanguinis copulam,

Sc. 19. quamdiu ille suum nouerit creatorē. Alioqui David

Marc. 7. protinus tibi canet: Audi filia, &amp; vide, &amp; inclina au-

rem tuam, &amp; obliuiscere populum, &amp; domum patris

Psal. 44. tui: &amp; concupiscet Rex decorem tuum, quoniam ipse

est dominus tuus. Grande premium parentis oblitus:

Cantic. 4. Concupiscet Rex decorem tuum. Quia audisti,

quia vidissi, quia inclinasti aurem tuam, &amp; populi

tui, domusq[ue] patris tui oblita es, idcirco concupiscet

Rex decorem tuum, &amp; dicet tibi: Tota pulchra es

amicā meā, &amp; macula non est in te. Quid pulchritus

anima, que Dei filia appellatur, &amp; nullus extrinse-

cus querit ornatus: Credit in Christum, &amp; hac am-

bitione

bitione pergit ad sponsum, eundem habens Domi-  
num, quem & virum. Quid augustiarum habeant  
nuptie, didicisti in ipsis nuptiis: & quasi coturnicū  
carnibus usque ad naufragium saturata es: amarissimā  
choleram tux sensere fauces. Ego sisli acescentes &  
morbidos cibos: reueasti astuantē stomachum, quid  
vis rursum ingerere, quod tibi noxiū fuit? Canis  
reuertens ad vomitum, & sus lota ad volutabrum  
luti. Bruta quoque animalia & vagae aves, in easdē  
pedicas retia, non incident. An vereris, ne proles Fu-  
riana deficiat, & ex te parens tuus non habeat pu-  
sionem: qui reptet in pectore, & ceruicem eius  
stercore linat? Quippe ni omnes habent filios, qui  
habuere matrimonia? & quibus nati sunt liberi,  
suo generi responderunt? Exhibuit Ciceronis filius Degene-  
patrem in eloquentia? Cornelia vestra, pudici-  
tia simul & fecunditatis exemplar, Gracchos <sup>†</sup> se <sup>†</sup> Gracches  
genuisse Letata est? Ridiculum est sperare pro cer-  
to, quod multos, & non habere videas, & cum ha-  
buerint perdidisse. Cui dimittes tatas dixitias? Chri-  
sto, qui mori non potest. Quem habebis heredem? Ie-  
sum, quem & Dominum. Contristabitur pater, sed  
letabitur Christus: lugebit familia, sed Angeli gra-  
tulabitur. Faciat pater, quod vult, desubstantia sua;  
non es eius, cui nata es, sed cui renata: & qui te grā-  
diprecio redemit, sanguine suo. Caue nimirūces & ge-  
rulas, & istius modi venenata animalia, que de coro  
tuo saturari vētrem suū cupiunt. Non suadent, quod  
tibi, sed quod sibi profit, & sepē illud obganiunt:

Sola

V. &g. 3.  
 Encid.  
 1 pudicicia  
 & sensilitas.  
 2 intollerans.  
 i infamia  
 Persius. 1.  
 satyr,

Sola ne perpetua mœrens carpere iuventa? Nec dulces natos, Veneris nec premia nōris? Vbi pudicitia sanctitas, ibi fragilitas est, ubi fragilitas, ibi damnatio seruorum. Quicquid non tulerint, sibi ablatum patient: nec considerant de quanto, sed quantum accipiunt. Vbicunque viderint Christianum, statim illud de triuio, ὡραῖος ἐπιθέτος, vocat impositorem, detrahunt: Hi rumores turpisimos serunt: & quod ab ipsis egressum est, id ab aliis audisse se simulant, idē authores et exaggeratores. Exit fama de mendacio: que cum ad matronas peruerterit, & earum linguis fuerit ventilata, prouincias penetrat. Videas plerasq; rabido ore scuire, & tincta facie, viperans orbibus, dentibus punicatis carpere Christianos. His aliquā, quiddam, balba de nare locuta per strepit, ac tenero supplantat verba palato, omnis consonat chorus, & latrant uniuersa subsellia, Iunguntur nosī riordinis, qui & roduntur, & rodunt. Aduersus nos loquaces, pro se muti, quasi & ipsi aliud sint, quam monachi: & non quicquid in monachos dicitur, rei lundet in clericos, qui patres sunt monachorū. Detrimentū pecoris, pastoris ignominia est. Sicut ē regione, illus monachi vita laudanda est, qui venerationib; inter sacerdotes Christi: & non detrahit gradui, per quem factus est Christianus. Hec locutus sum in Christo silia, non dubitans de proposito tuo (nunquā enim exhortariorias literas postulates, si ambigeres de bono monogamie,) sed ut nequitiam seruorum, qui te venalem

DE SERVANDA VIDUIT. 237

venalem portant & insidias affinium, ac pium pa-  
rentis errorem intelligeres: cui ut amore in te: tri-  
buam, amoris scientiam non concedo, dicens a liquid  
cum Apostolo: Confiteor, Zelum Dei habent, sed non Rom.10.  
secundum scientiam. Initare potius (crebro enim id  
ipsum repetam) sanctam matrem tuam, cuius ego  
quoties recordor, venit in mentem ardor in Chri-  
stum, pallor ex ieiunij, eleemosynæ in pauperes, ob-  
sequium in seruos Dei, humilitas vestium & cordis,  
atq; in cunctis sermo moderatus. Pater tuus ( quem  
honoris causa nomino, non quia Consularis & Pa-  
tritus, sed quia Christianus est) impleat nomen suu:  
Letetur, filiam genuisse Christo, non seculo. Quin  
potius dolcat, quod & virginitatem frustra amiseris  
& fructus perdideris nuptiarum. Vbi est maritus, que  
tibi dedit? Etiam si amabilis, si bonus fuisset, mors ra-  
puisset omnia: & copulam carnis soluisse interitus.  
Arripe queso, occasionem, & fac de necessitate vir-  
tutem. Non queritur in Christianis initia, sed finis, Act. 8.  
Paulus male coepit, sed bene finiuit. Iude laudantur  
exordia, sed finis proditione dñatur. Lege Ezechie- Matt.27.  
lem: Iustitia iusti non liberabit eum, in quacunque  
die peccauerit. Et impetas impij non nocebit ei, in  
quacunque die conuersus fuerit ab impietate sua.  
Ista est scala Iacob: per quam Angeli condescendunt Gen. 28.  
& descendunt: cui dominus innititur, lapsi porrigēs lapsi.  
manum: & fessos ascendentium gradus, sui cōtem-  
platione sustentans. Sed sicut non vult mortem pec- Ezech.18.  
catoris tantum, quantum ut conuertatur & vivat: Apoc.3.

ita

238 EPIST. HIERO. AD FVR.  
ita repidos' odit, & cito ei nauseam faciunt. Cui plus  
dimititur, plus diligit. Meretrix illa in Euangelio  
baptizata achrymis suis: & crine, quo multos ante  
deceperat, pedes Domini tergens, saluata est. Non  
habuit crispates mitras, nec stridentes calceolos, nec  
orbes stibio fuliginatos. Quanto fædior, tanto pal-

chrior. Quid faciat in facie Christianæ.

Purpuris-  
sus & Ce-  
rulla.

7. Tim. 1.

Purpurissus & Cerussa? Quorum alterum ruborem gena, mul-  
borumq; mentitur: alterum candorem oris & colli,  
ignis iuuenium, fomenta libidinum, impudica mentis  
indicia. Quomodo flere potest pro peccatis suis, que  
lachrymis cutem nudat, & sulcos ducit in facie? Or-  
natus iste non Domini est, velamen istud Antichri-  
sti est. Qua fiducia erigit ad celum vultus, quos con-

ditor non agnoscit? Frustra obtenditur adolescentia  
& etas puellaris asseritur. Vidua, que marito plar-  
cere desiuit, & iuxta Apostolum verè vidua est, ni-  
hil habet necessarium, nisi perseverantiam. Memi-  
nit pristine voluptatis scit quid amiserit, quo dele-  
ctata sit. Ardentes diaboli sagitte, ieuniorum & vi-  
gilarum rigore extinguende sunt. Aut loquendum  
nobis est, ut vestiti sumus: aut vestiendum, ut loqui-  
mur. Quid, aliud pollicemur, & aliud ostendimus?  
Lingua personat castitatem, & totum corpus pre-  
fert impudicitiam. Hoc quantum ad habitum per-  
tinet & ornatum. Ceterum vidua, que in delicijs

8. Tim. 5. est (non est meum, sed Apostoli) viuens mortua est.  
Quid sibi vult hoc, quod ait: viuens mortua est? Viue-  
re quidem videtur ignorantibus, & non esse peccato-

mortua:

mortua: sed Christo, quem secreta non fallunt, mortua est. Anima que peccauerit, ipsa morietur. Quo-

Ephe. 14.

1. Tim. 5.

rundam hominum peccata manifesta sunt, prece-  
denta ad iudicium: quosdā autem & subsequuntur.

Similiter et facta bona manifesta sunt et que aīter  
se habēt, abscondi non possunt. Quod dicit, istiusmodi  
est: quidā tam libere & palam peccarit, ut postquam

eos videris, statim intelligas peccatores. Alios autē,  
qui callide occultant vilia sua, ex sequenti conuer-  
satione cognoscimus. Similiter & bona apud alios in

propatulo sunt, in alijs longo v̄su discimus. Quid ergo  
necessē est nos iactare pudicitia, que sine comitibus

& appēdicijs suis continētia & parcitate, fidē sui fa-  
cere nō potest? Apostolus macerat corpus suū, & ani- 1. Cor. 9.

me subiicit imperio, ne quod alijs p̄ecpit, ipse non  
seruet: & adolescentula feruente cibis corpore, de

castitate secura est? Neq; verò hac dicens condemnō 1. Tim. 4.

cibos, quos deus creauit ad utendum enim gratiarum  
actione, sed iuuenibus & puellis incentiuia aufero va-  
luptatum. Non Aetnæ ignes, non Vulcania tellus, nō

Vesenus, & Olympus tantis ardoribus estuant, ut iu-  
ueniles medulle vino plenæ, et dampibus inflammate.

Avaritia calcatur à plerisq; & cum marsupio de-  
ponit. Maledicam linguam, indictum emendat silē-  
tium. Cultus corporis & habitus vestium, unius horæ

spatio commutatur. Omnia alia peccata extrinsecus  
sunt: & quod foris est, facile abycitur. Sola libido in-  
sita à deo, ob liberorum procreationem, si fines suos

egressa fuerit, redundat in vitium, & quadam  
lege

240 EPIST. HIERO. AD FVR.

lege naturæ in coitum gesit erumpere. Grandis  
igitur virtutis est, & solicitæ diligentie, superare,  
quod nota sis: in carne, non carnaliter vivere, tecū  
pugnare quotidie, & inclusum hostem Argi (ut fa-  
bulæ ferunt) centum oculis obseruare. Hoc est, quod

**I. Cor. 6.** Apostolus verbis alijs loquebatur: Omne peccatum,  
quod fecerit homo, extra corpus est. Qui autem  
fornicatur, in corpus suum peccat. Aucti medici, &  
qui humanorum corporum scripsere naturas, pre-  
cipueque Galenus in libris, quorum titulus περὶ  
ὑγείαν puerorum, & iuuenium, ac perfecta  
etatis virorum mulierumq; corpora insito calore  
feruere, & noxios illis esse cibos etatibus, qui ca-  
lorem augeant: sanitatiq; conducere frigida queq;  
in esu & potu sumere: Sicut è contrario senibus,  
qui pituita laborant & frigore, calidos cibos, &  
**Luc. 21.** vetera vina prodesse. Vnde & saluator: Attende, inquit, vobis, ne sorte grauentur corda vestra crapu-  
la & ebrietate, & curia huius vite: Et Apostolus:  
**Ephes. 5.** <sup>In Nolite ince-  
driari vino,</sup> Vinū, in quo est luxuria. Nec mirū hoc sigillū sensisse  
de vaseulo quad ipse fabricatus est, cū etiā Comicus,  
cuius finis est humanos mores nosse, atq; describere.

**Terentius** dixerit: Sine Cerere & libero friget Venus. Primum  
**in Eunuc.** igitur, si tamē stomachi firmitas patitur, donec puel-  
lares annos trans eas aquā in potu sume, que natura  
frigidissima est: Aut, si hoc imbecillitas prohibet, audi-

**I. Tim. 5.** cū Timotheo: Vino modico utere propter stomachū,  
& frequentes tuas infirmitates. Deinde in ipsis cibis  
calida queq; deuita: nō solū de carnib; loquor, super  
qui

quibus vas electionis profert sententiam: Bonum est  
vinum non bibere, & carnem non manducare, sed  
etiam in ipsis leguminibus inflantia queq;<sup>z</sup> & grauia  
declinanda sunt: nihilq;<sup>z</sup> ita scias conducere Christia  
nis adolescentibus, ut eisum olerum. Vnde & in alia Rom. 14.  
loco: qui infirmus est, ait, olera māducet, ardorq;<sup>z</sup> cor  
porū frigidiorum epulis tēperandus est. Sic autem tres  
pueri & Daniel leguminibus vescebantur. Pueri erāt Daniel. 2.  
necdum ad sartaginem venerant, in qua rex Baby-  
lonius senes iudices frixit. Nobis nō corporis cultus qui Hier. 29.  
in illis ( excepto priuilegio gratia Dei ) ex huiuscē-  
modicib; enī erat, sed animæ vigor queritur, que  
carnis infirmitate fit fortior. Inde est quod nonnulli  
vitam pudicam appetentium, in medio itinere cor-  
ruunt, dum solam abstinentiam carnium putant: &  
leguminibus onerant stomachum, que moderate par-  
ceq;<sup>z</sup> sumpta, innoxia sunt. Et, vt quod sentio loquar,  
nihil sic inflamat corpora, & titillat membra ge-  
nitalia, sicut indigestus cibus, ructusq;<sup>z</sup> conuulsus. Ma-  
lo apud te filia, verecundia parumper, quam caussa  
periclitari. Quicquid facit seminarium voluptatum,  
venenum puta. Parcus cibus, & venter semper esu- Ieiunium.  
riens, triduanis ieiunijs pr̄fertur, & multo melius  
est, quotidie parum, quam raro satis sumere. Pluua  
illa optima est, que sensim descendit in terram. Su-  
bitus & nimius nuber in p̄recepis, arua subuertit.  
Quando commedis, cogita quod statim tibi orandum,  
illico & legendum sit. De scripturis sanctis habeo fi-  
xum versuum numerum, istud pensum Domino tuo

R

redde.

## 242 EPIST. HIER. AD FVRIAM.

redde. Nec ante quieti membra concedas, quam  
calathum pectoris tui, hoc sub tegmine impleueris.  
Post scripturas sanctas, doctorum hominum tracta-  
tus lege: eorum duntaxat, quorum fides nota est, non  
necessere habes aurum in luto querere: multis marga-  
multis è  
margaritis  
vnam elige  
margaritam  
Hierc. 6.

Ezec. 16.  
Gen. 37.  
Iuxta 70.

vestire cum Ioseph varijs indumentis: perforentur  
aures tue cum Hierusalem sermone Dei, ut precio-  
sa ex illis nouarum segetum grana dependeat. Ha-  
bes sanctum Exuperium, probate etatis & fidei, qui  
te monitis suis frequenter instituat. Fac tibi ami-  
cos de iniquo mammona, qui te recipiant in eterna  
tabernacula. Illis tribue diuitias tuas, qui non phasi-  
des aues, sed cibariū panē comedant, qui famē expel-  
Luc. 16.

Psal. 40.  
Math. 5.  
Mat. 25.

pauperem. Omni petenti te, da, sed maximè dome-  
sticis fidei: nudum vesti, esurientem ciba, agrotane-  
visita. Quotiescumq; manum extendis, Christum co-  
gita. Cae ne mendicante Domino Deo tuo, alienas  
diuitias augeas. Iuuenum fuge consortia, Comatulos  
comptos, atque lascivos, Domus tue recta non videat.  
Cantor pellatur, vt noxius. Fidicinas & psaltrias,  
& istiusmodi chorum diaboli, quasi mortifera si-  
renarum carmina, proturba ex edibus tuis. Noli ad  
publi-

publicum subinde procedere, & spadonum exercitu  
praeunte, viduarum circumferri libertate. Pessime  
consuetudinis est, cum fragilis sexus & imbecilla a-  
tas suo arbitrio abutitur: & putat licere, quod libet.  
Omnia quidem licent, sed non omnia expedient.  
Nec procurator calamistratus, nec formosus collacta-  
neus, nec candidulus & rubicundus assecla adhuc erat  
lateri tuo. Interdum animus dominarum ancillarū  
habitu iudicatur. Sanctorum virginum & viduarū  
societatem appete. Et si sermocinandi cum viris in-  
cubuerit necessitas, arbitros ne deuites: tantaq3 con-  
fabulandi fiducia sit, ut intrante alio, nec paukas,  
nec erubescas. Speculū mētis est facies, & taciti oculi  
cordis fatētur arcana. Vidimus nuper ignominiosum  
quendam per totum Orientem volitasse rumore. Et  
etas, & cultus, & habitus, & incessus, & indiscre-  
ta societas, exquisitæ epule, regius apparatus, Nero-  
nius & Sardanapali, nuptias loquebantur. Aliorū vul-  
nus nostra sit cautio. Pestilete flagellato, stultus sapiē  
tior erit. Sanctus amor impatientiā non habet. Fal-  
sus rumor citō opprimitur: & vita posterior iudicat  
de priore. Fieri quidē non potest, ut absq3 morsu ho-  
minum, vite huius curricula quis pertrāseat: malo-  
rumq3 solatium est, bonos carpere, dum peccantium  
multitudine putant culpan minui peccatorum. Sed  
tamē citō ignis stipule conquiscit: & exūdans flam-  
ma, deficientibus nutrītis, paulatim emoritur. Si  
anno p̄terito fama mentita est, aut certè si verum  
dixit: cesserit vitiū, cessabit et rumor. Hęc dico, non,  
quod de te sinistrum quid metuam, sed quod pietatis

244 EPIST. HIER. AD FVRIAM.  
affectu, eiiā quæ tuta sunt, pertimescā. O si videres  
sororem tuā, & illud sacri oris eloquum corā audire  
se continget, cerneret in paruo corpusculo ingentes  
animos: Audires totam Veteris & Novi Testamenti;  
supellectilem ex illius corde feruere. Ieiunia pro ludo  
habet, orationē pro delitijs. Tenet tympanū in exem-  
Exod. 15. plum Marie, & Pharaone submerso, virginum choro  
precinit: Cātemus domino, gloriose magnificatus est  
equum & assensore deiecit in mare. Has docet psal-  
trias Christo, has fidicinas erudit saluatori. Sic dies,  
sic nox ducitur: & oleo ad lampades preparato, spon-

Mat. 25. si expectatur adūctus. Imitare ergo tu & consanguineā tuā, Habet Roma, quod angustiori urbe Romana  
Augustior. possidet Bethlēem. Habes opes. facile tibi est indigen-  
tibus victus subsidia ministrare. Quod luxurie para-  
batur, virtus insumat: nulla nuptiae contempnū, si  
meat egestatem. Redime virgines, quas in cubiculū  
regis inducas. Suscipe viduas, quas inter virginū lilia,  
& martyrum rosas, quasi quasdā violas misceas: pro-  
corona spinea, in qua Christus mūdi delicta portauit  
talia serta compone. Letetur & aliuuetur nobilissi-  
mus pater tuus: discat à filia, quod didicerat ab uxo  
re. Iam incanuit caput, tremūt genua, dentes cadūt:  
& fronte ob seniū rugis arata, vicina est mors in fori-  
bus, designatur rogus prope. Velimus, nolimus, se-  
nescimus. Paret sibi viaticum, quod longo itineri ne-  
cessarium est. Secum portet, quod iniuitus dimisurus  
est: imò premitat in celum, quod si negauerit, terra  
sumptura est. Solent adolescentule vidue, quarum  
nonnullae

1. Tim. 1.

nonnullæ abierunt retro post Satanā, cum luxuriatæ  
 fuerint in Christo, nubentes dicere: Patrimonium <sup>i. Tim. 5.</sup>  
 meū quotidie perit: maiorum hereditas dissipatur,  
 seruus contumeliosè loquitus est: imperiū ancilla ne-  
 glexit: Quis procedet ad publicum? quis respondebit  
 pro agrorum tributis? Paruulos meos quis erudiet, &  
 vernulas quis educabit? Et hanc, prōh nefas, causam  
 opponant matrimonij, que vel sola debuit nuptias  
 impedire. Superducit mater filij, non nutritiū, sed  
 hostem: non parentē, sed tyrannū. Inflammata li-  
 bidine, obliuiscitur uterī sui: & inter paruulos, suis  
 miseras nescientes, lugens duduī, nouanupta com-  
 ponitur. Quid obtendis matrimonium? Quid super-  
biam seruulorum? Confitere turpitudinem. Nulla  
 idcirco maritum dicit, ut cum marito non dormiat.  
 Aut, si certe libido non stimulat: que tanta insania  
 est, in morem scortorū prostituere casitatem, ut au-  
 geantur diuitiae: & proprietatem vilē atq; peritura,  
 pudicitia, que & preciosa, & eterna est, polluatur?  
 Sic habes liberos, nuptias quid requiris? Si non habes,  
 quare expertā non metuis sterilitatē: & rē incertā,  
 certo prefers pudori? Scribuntur tibi nunc sponsa-  
 les tabule, ut post paululum testamentum facere  
 compellaris. Simulabitur mariti infirmitas: & quod  
 te morituram facere volet, ipse victurus faciet:  
 aut si euenerit, ut ex secundo marito habeas filios,  
 domestica oritur pugna, intestinum præliū. Non li-  
 cebit tibi amare liberos, nec & quis aspicere oculis,  
 quos genuisti. Clāporriges cibos, inuidet mortuo:

Incōmoda  
secunda-  
rum nu-  
ptiatum.

& nisi oderis filios, adhuc eorū amare videberis pā-  
trē. Quod si de priore uxore sobolem habens, domū  
comœdi, et mimographi, & communes rhetorū loci,  
in nouercam seu fīsimā declamabunt. Si priuignus  
languerit, & condoluerit caput, infamaberis ut ve-  
nefica. Si non dederis cibos, crudelis: si dederis, ma-  
lefica dicēris. Oro te, quid habent tantū boni secun-  
de nuptie, vt h̄ec mala valeant cōpensare? Volumus  
scire, quales esse debeant vidue? Legamus Euange-  
liū secundum Lucam: Et erat, inquit, Anna prophe-  
tissa, filia Phaniūelis de tribu Aser. Anna interpre-  
tatur gratia. Phanuel in lingua nostra sonat, vultū  
dei: Aser, vel in beatitudinem, vel in diuitias verti-  
tur. Quia igitur ab adolescentia usq; ad octaginta  
quatuor annos, viduitatis onus sustinuerat, & non  
recedebat de templo dei, diebus ac noctibus insistens  
ieiunijs & obsecrationibus: idcirco meruit gratiam &  
spiritualem, & nuncupari filia vultus dei, & atau  
beatitudine diuitijsque censerī. Recordemur vidue  
Sareptanae, que & sue & filiorū saluti, Helie pre-  
tulit famē: vt in ipsa nocte moritura cum filio, su-  
perstite hospitem relinqueret: malens vitā perdere,  
quam eleemosinā: & in pugillo farris, seminarij sibi  
messis dominice preparauit. Farina seritur, & olei  
capsaces nascitur. In Iudea frumenti est penuria:  
Granū enim tritici ibi mortuū fuerat, & ingenitus  
& in gen- vidue & olei fluentia manabant. Legimus in Iudith (si  
mon vidue, cui tamē placet volumen recipere) viduā confectam  
Iudit. 8. ieiunijs,

Luc. 2.

Specialem.  
3. Reg. 17.

Farina

ieunij, & habitu lugubri sordidatam, que non lugebat mortuum virum, sed squalore corporis, sponsi querebat aduentum: Video armata gladio manum, cruentam dexteram. Recognosco caput Holopheris de medijs hostibus reportatum. Vincit viros fæmina, & castitas truncat libidinem: Habitumq[ue] repente mutato, ad victrices sordes reddit, omnibus seculi cultibus mundiores. Quidam imperite, & Deboram inter viduas numerant, ducemq[ue] Barach arbitrantur Debore filium, cum aliud scriptura commemoret. Nobis ad hoc nominabitur, quod Prophetissa fuerit, & in ordine Iudicum suppeditetur. Et quia dicere poterat. Quam dulcia gutturi meo eloquia tua: super mel, & fauum ori meo: Apis nomen accepit, scripturarum floribus pasta, Spiritus sancti odore perfusa, & dulces Ambrose succos prophetali ore componens, Noemi que nobis sonat <sup>Daxenam p[ro]p[ter]a</sup>, quam interpretari possumus, consolatam marito & liberis peregre mortuis, pudicitiam reportauit in patriam, & hoc sustentata viatico, nurum Moabitidem tenuit: Ut illud Esaiæ va- ticiinium completeretur: Emitte agnum Domine do- minatorem terræ, de petra deserti, ad montem filie Sion. Venio ad viduam de Euangelio: viduam pauperulam, omni Israëlitico populo ditiorem, que accipiens granum sinapis, & mittens fermentum in farinæ satis tribus, patris, & filij confessionem, Spiritus sancti gratia teperavit, & duo minuta misit in Gazzophilaciū: Id est: Quicquid habere poterat in statia sua, vniuersaq[ue] diuitias in utroq[ue] fidei sue ob-

Iudic. 4.

Psal. 118.

Rael. 1.

Esaiæ 16.

Math. 14.

Luc. 22.

<sup>thesauro.</sup>  
Esaix. 6.

tulit testamēto. Hec sunt duo Seraphim ter glorificantia trinitatem, & in thesauros ecclesiæ condita. Vnde & forcipe utriusq[ue] testamenti, ardens carbo cōprehensus, purgat labia peccatoris. Quid vetera repetam, & virtutes fœminarum de libris proferā, cum possis multas ante oculos tibi proponere in urbe, qua viuis, quarū imitari exemplum debeas? Et ne videar adulatio[n]e per singulas currere, sufficit tibi sancta Marcella, quæ respōdens generi suo, aliquid nobis de euangelio retulit. Anna septem annis à virginitate vixerat cū marito: ista septem mensibus. Illa Christi expectabat aduentum: ista tenet, quem illa suscep[erat]. Illa vagientem cernebat: ista predicat triūphantem. Illa loquebatur de eo omnibus, qui expectabant redemtionem Israel: h[oc] cum redemptis

Psal. 48. gētibus clamitat: Frater non redimit, redimet homo.

Psal. 86. Et de alio psalmo: Homo natus est in ea, & ipse fundauit eam altissimus. Scio me ante hoc fermè bienium, edidisse libros contra Iouirianum, quibus ve-

st. Tim. 4. nientes è contrario questiones, ubi Apostolus concedit secunda matrimonia, scripturarum autoritate contrivi. Et non est necesse eadem ex integro scribere, cum possis inde que scripta sunt mutuari. Hoc tantum ne modum egrediare epistole, admonitam te volo: Cogita quotidie te esse morituram, & nunquam de secundis nuptijs cogitabis.

ANNO\*

## ANNOTATIONES IN EPISTO-

LAM AD FVRIAM.

**O**bsecras literis.] Furia Hieronymo teste, epistola ad Agerochiam, Probi consulis natus fuit, cuius in epistola ad Demetriadē facta est mentio, filia Consularis ac Parritij, & Titianæ genus ducentis à Furio Camillo, unde & nomen sortita.

Blesillamq; pretereo.] Apparet maritum Blesillæ huius Furiae germanum fuisse.

In brevi vite spatio, tempora virtutum multa cōplevit] Alludit ad locum Sapient. 4.de Enoch. τελειωθείσης ἐν θάνατον καὶ προσεγόντος χρόνου μεγάλου.

Sciens & videns in flammam.] Lactantius lib. 2. ca. Sciens & prudens & sciens pedem laqueo inserit. Et li. 6. ca. prudens, 12. Sed ignorantia veri iuris, prudens ac sciens in hos se laqueos induxit. Est Terentij in Eunucho. Et prudens, sciens, viuus, vidensque pereo. Lege ibi Donatū. Cicer. pro Sexto Rosc. viuus, vt aiunt, & videns.

Iratusq; Chremes.] Horatij est in arte poëtica. Iratusque Chremes tumido delirigat ore.

In terras vltimas deportandum.] Ciceronis est act. 2. in Verrem. O scelus, o portentum, in vltimas terras deportandum. Nec multum dissentit quod habet Livius lib. 2. 1. Deuehendum in vltimas maris terrarūq; oras, ablegandumque eo, unde nec ad nos nomen famaque eius accedere.

Genuinus infigit.] In epistola cuius initium: Mensura. Ut genuino dente se lacerent. Item in Epitaphio Paulæ. Genuino me dñe semper rodentes. Pers. est sat. 1. Et genuinum fregit in illis. Vide Eras. in chiliad.

Ei quasi coturnicum carnibus.] Ad Gaudentium. Ut epiuentibus Aegyptias carnes, usque ad nauseam, & vomitum præberet examina coturnicum. Eandē sententiam, ijsdem fere verbis describit, ad Fabiolam, māsione 13. li. 2. in Iouinianum. Et in cap. 2. Hieremiac. Historia cui alludit, est Exod. 16. Num. 11. Psal. 104.

Genuinus.

Tertullianus lib. de ieiunio. Manet adhuc (inquit) monumenta concupiscentiarum, ubi sepultus est populus carnis audifissimus usque ad cholera ortu gometra conditando eliditur.

**Degeneratio & Elij.** Exhibit Ciceronis filius patrem in eloquentia? ] Interrogative legendum. Aelius Spartianus in Seuero. Et reputante mihi Diocletiane Auguste nemine prope magnorum virorum optinum & utilem filium re liquisse satis claret. Denique aut sine liberis viri interierunt, aut tales habuerunt pletisque, ut melius fuerit de rebus humanis sine posteritate decidere. Et ut ora diamur a Romulo, hic nihil liberorum reliquit, nihil Numa Pompilius, quod utile posset esse Recip. Quid Scipio? Quid Catones, qui magni fuerunt? Ia vero quid de Homero, Demosthene, Virgilio, Crispo, & Terentio, Plauto, ceterisque alijs loquar? Quid de Tullio, cui soli melius fuerat liberos non habere?

**De corio tuo.** ] Apuleius lib. 7. Asini. Et tursum existim mihi parabis. Reuera ludis de alieno corio.

**Sola ne perpetua mœrens carpere iuuent?**

**Frugalitas.** Ibi frugalitas est. ] Cicero in oratione pro Deiotaro. & citat D. Augustinus lib. 1. de vita beata. Ut volet quisque acipiat: Ego tamen frugalitatem, id est, modestiam, & temperantiam, virtutem esse maximam iudico.

**Nec considerant de quanto.** ] Idem habet in epistola, cuius initium, Retulit. Est autem mutuo sumptum ex lib. de opere & eleemosyna. Considerans non quantum, sed ex quanto dedissent.

**Oppositiōne.** Ubiunque ruderint Christianum. ] Ad Marcellam de conuersione Blasii. Si tunica non canduerit, statim illud est triuio, Impostor, & Græcus est. Multi viri quibus nec eruditio, nec iudicium defuit, laborarunt, ut hunc locum fœdissime depravatum restituerent, ex quorum

quorum numero fuit Desider. Erasmus, vir de bonis *Erasmus*, literis optime meritus. Verum quid effeceris coniecturis, vbi omnia exemplaria ad vnum corrupta ac deprauata sunt? Quibus iudicium beati Renani placet, legant argumentum eiusdem in lib. Tertul. de pallio.

*Linguis fuerit ventilata.]* Vtitur saepe hac voce post Cyprianum epistola 11.lib. 2. Ventilari collegae fama ore maledico, & æmulantiū voce. li. 4. epist. 2. Et ad fortunatū de exhortatio. martyrij. Vocibus ventilare.

*Hic aliqua, cui circa humeros. ]* Petrus saty. 1.  
*Hic aliquis, cui circum humeros hyacinthina lana est.*

*Lairant vniuersa subsellia.]* Et hoc peculiare quodā- *Subsellia.* modo Hieronymo elt. Epistola ad Damasum, cuius initium, Postquam. Et Synagogatum vniuersa consonant subsellia. In cap. Ecclesiast. 3. Inter iudicium ipsa subsellia.

*Quem honoris causa nomino. ]* Sumptum ex Cicero- nis Philip. 2. M. Brutus, quem ego honoris causa no- mino. Et act. 1. in Vetr. *Quem ego hominem hono- tio. Potius, quam contumeliae causa nominatum volo.*

*Quorum alterum ruborem mentitur genarum labio. ]* Mentiri sumq. Mire vsus est verbo. mentitur, pro, imitatur, pro imi- idque subinde. In epistola ad Marcellam, cuius ini- tium, Epistolate. Item ad Paulum Concordiensem. Rursus in ca. 22. Ezechielis. Quomodo auri speciem adulterina æris similitudo mentitur, sic argenti cando- rem stannum simulat. Et cap. 27. & 30. vt nulla simi- litude, quæ mentitur imaginem, veritatis remaneat.

*Aut loquendum nobis est, vt vestiti simus. ]* Cicero- *vt vestitis.* nem imitatur lib. 2. de finibus. Verba tu singas, & ea dicas, quæ non sentias, aut eriam vt vestitum, sic sen- tentiam habeas, aliam domesticam, aliam forensem, vt in fronte ostentatio sit, intus veritas occultetur.

*Anime subiicit imperio. ]* In cap. Micheæ 2. Et car- nem imperio animæ subiicit. Frequens Hieronymo. Subiicit cruciatibus, seruitututi, poenæ, vitijs, pecca- tisque

tisque, idololatriæ, iniustitiae, hæreticorum prauitati.

*Sola libido insita à Deo.]* Eandem sententiam totidē  
voluptas. & desideria voluptatis, quæ propter posteros, & lobo-  
lem insita est humanis corporibus, si fines fuerit egre-  
sa, vertitur in peccatum. Similia habet ad Agerochiā.  
& in cap. 4. Pauli epistolæ ad Ephesios. Vide Cypria-  
num de bono pudicitię.

*Sartago.* Nec dum ad sartaginem venerunt. ] Alludit partim ad  
cap. Hieremiæ 29. Ponet te Dominus sicut Sedechiā,  
& sicut Achab, quos strixit Rex Babylonis in igne: par-  
tim ad historiam Danielis, de duobus senibus indici-  
bus. Sæpius huius rei meminit. Ad Eustochiū. Quo-  
rum carnes Rex Assyrius in olla succedit. Ad Pro-  
cipiam. Quos Rex Babylonis friget in sartagine sua.  
Item in cap. Micheæ 3. Carnes & ossa miserunt in olla  
feruentem, quam rex accedit Assyrius.

*Quicquid facit seminarium voluptatum.]* Corrige.  
Quicquid seminatum voluptatis est, venenū puta.

*Multis margaritis vnam redime margaritam.]* Alias.  
Multis è margaritis, vnam elige margaritam.

*Sta iuxta Hieremiā in viis pluribus.]* Locus est ca. 6.  
Commede similam & oleum. ] Alludit ad illud Ezech.

cap. 16. Similam & mel, & oleum comedisti.

*Vestire cum Ioseph variis indumentis.]* Allusio est ad  
locum qui est Gen. 37. ca. χιτώνα ποίησε iuxta lxx.  
Vide Hieronymum in questionibus Hebraicis.

*Perforentur aures. ]* Respicit ad Hieremiæ locū. ca.  
prefato. Dedi circulos auribus tuis.

*Syrenarū  
cautus.* *Quasi mortifera Syrenarum carmina proturba.]* Epis-  
tola, cuius initium. Retulit. Narrant gentilium fabu-  
lae, cantibus Syrenarum nautas in saxa ruissè præcipi-  
tes: In commentarijs Esa. cap. 13. 14. & 4. Syrenæ,  
animalia portentosa, quæ dulci carmine atque mor-  
tifero, nauigantes Scyllæis canibus lacerando pra-  
cipitabant. Eadem imago sententiæ in praefatione li. 2.  
Osee,

Osee, & in prefatione versionis Iosue. Sæpiissime hác fabulam Hieronymus suis inserit scriptis. Meminerunt & huius fabulae Cicero & Quintilianus. Cicero quidem de legibus lib. 5. Quintil lib. 5. cap. 8.

*Et putat licere quod liber.]* Respexisse Hieronymū licere. puto ad verba Ciceronis Philip. 13. Id licere dicimus, quod more maiorum & institutis conceditur, neque enim quod quisque potest, id ei licet, aut si nemo obstat propterea permittitur. Amianus Marcellinus lib. 23. Sententię illius Tullianae ignarus, docentis infelices esse eos qui omnia sibi licere existimarent. Affinia habet lib. 29. & 30.

*Speculum mentis est facies.]* In cap. 7. Ezech. Vultu *vultus*. & oculis dissimulari non potest conscientia, dum luxuriosa & lasciva mens lucet in facie, & secreta cordis motu corporis, & gestibus indicantur. Ibidem conscientia peccatorum lucet in facie. Cicero in oratione contra Pisonem. Oculi, supercilia, frons, vultus denique totus, qui sermo quidem tacitus mentis est. Drepatus in Panegyrico Theodosij. Fingit quidem (vt scimus) & timor gaudium, sed ita intimos affectus proditor vultus enunciat, vt in speculo frontium imago extat animorum. Addi his possunt, quæ scribit de Pythagora, & exploratione ingeniorum Aulus Gellius lib. 1. cap. 9.

*Aliorum vultus nostra sit cantio.]* Ex vitio alterius sapiens emendat suum: teste Mimo Publiano.

*Vite huius curricula.]* Cicero pro Rabitio. Exiguum Curriculum vix curricula natura circumscriptum. Et alibi. *lum vitz.* Quis recte & honeste curriculum vivendi à natura datum consecevit.

*Quod angustior urbe Romana.]* Lege, augustior. Est Augustior. vñitata formula Hieronymo. In prologo Ecclesiast. Nunc in Bethlehem positus augustiore videlicet ciuitate. Et in præfatione Didymi de spiritu sancto. Augustiorum multo locum existimantes, qui Salvatorem mundi,

mundi, quam qui fratriis genuit patricidam. Vide quoque in ca. Esa. 1. & 44. In In Ezech.ca 11.& 40. Et in Matt. 21. 23. & 28. & in Galat.ca. 5.

Nubentes dicere.] Melius, subantes, ut habent codices veriisti.

Olei capsaces nascitur.] Sic lxx. 3. Reg. 17. Nos, les cythus.

Et ingentia viduae olei fluenta.] Astipulante libro antiquo lego. In gentibus viduae olei fluenta manabat ut respondeat ei, quod præcessit, In Iudæa.


Legimus in Judith. si cui tamen.] Idem affirmat in Haggæi cap. 1. Lege præfationem in Judith.

Quidam imperite, & Debboram.] In hac sententia D. fuit Ambrosius, In lib. de viduis. Cum Iudæi (inquit) iudicum regerentur arbitrio. Mox. Itaque multa milia virorum vna vidua & in pace rexit, & ab hoste defendit. Ibidem: Domo propria filium ducē prōducit exercitus. Hæc quidem ille senserit, Hierooymus autem aliud docet scripturam commemorare.

Illa vagientem cernebat. [Melius, cauebat. Luc. 2.  
ανθρωποις τῷ κυρίῳ.

Cogita te quotidie moritum.] Ad Paulinum eadē fere sententiæ imago. Facile contemnit omnia, qui se semper cogitat esse moritum. Et ad Principiam. Qui enim se quotidie recordatur moritum esse, contemnit præsentia, & ad futura festinat.

F I N I S.



1850265

OCN 69144683